FORT HILL



MYSTA CHRISTI

MYSTA PHŒBI

Æreoplaſtes Theo-Sophicus,

SIVE

EICONES MY-STICÆ,

Rarâ ſolertiâ, ac ſagacitate ſingulari effictæ, eæq; æri inciſæ: Integram veræ θεοσοφίας Rationem mirâ dexteritate adumbrantes: Euolutione Latinâ ex Sacris Scripturis, Sanctis Patribus, Philoſophis, Oratoribus, Hiſtoricis ac Poëtis tàm Græcis quàm Latinis Chriſtianis iuxtà atq; Gentibus nunc illuminatæ, ac Bonorum bono editæ


AB

HENRICO ORÆO ASSNHMS. WEDDERAVO, AD RADIC. Montis S. Ioann.

Πάντα σύμφωνα ταῖς γραφαῖς.

Acutior calumnia. *Thearid.*





FRANCOFVRTI. Apud Iacobum de Zetter Anno. MDCXX.

S. Hieronym. Procem. Lib. XIII. Commentar. in Ezechiel.

ÆMulorum maledicta prævenio, qui non quid ipſi poſſint, ſed quid ego non poſſim, conſiderant, & cum noſtra diiudicent, ſua iudicanda non præbent, nunquam in agone pugnantes, ſed de pugnantibus otioſo, imò ſuperbo animo iudicantes.

S. Auguſtin. de Blaſphem. in SS. Liter. F.

IN omni copia Sanctarum Scripturarum paſcimur apertis, exercemur obſcuris: Illîc fames pellitur, hîc faſtidium.

S. Hieronym. Epiſt. ad Nepotian.

CAue ne Hominum rumuſculos aucuperis, ne offenſam Dei populorum laude commutes: Per bonam enim & malam Famam à dextris & à ſiniſtris miles CHRISTI graditur, NEC LAVDE EXTOLLITVR, NEC VITVPERATIONE FRANGITVR.

PERILLVSTRI AC GENEROSISS. CO-
miti ac Domino,

DN. ALBERTO-OTTONI

POSTHVMO, COMITI IN SOLMS,

Domino in Müntzenberg/Wildenfels/Sonnenwaldt/
Baruth & Pouch. Domino ſuo clementiſſimo.

Ὑγιαίνειν & Omnium Bonorum Corporis atque Animæ ſalubria
Incrementa per ſingula momenta.

R*OS ILLE COELESTIS,quem III.ab Orbis primordiis An-* MANNA.
norum Millenario,XXV.ſeculo. A.M. 2454.in Ἐξόδῳ ex Ægy-
pto cœlitus deplutum Iſraëlitæ ex repræſenti Manna, *quod Do-*
num ſonat,dicebant, diuerſarum rerum fuit Typicus, PERIL-
LVSTRIS AC GENEROSISSIME COMES,DO-
MINE **Clementiſſime,propterea** ſpiritualis Alimonia *ab A-*
poſtolo vocatus, quod ſpiritualem ac Myſticam haberet ſignifica- 1.Cor.10.v.3.
tionem. Nam quod & quomodo D.N.I.C. per eum figuratus fuerit,haud obſcure bre-
uiterve ipſe exponit,Iohan.6.c.inquiens : Amen, Amen dico vobis: Non Mo- Ioh.6.v.32.
SES dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœ-
lo verum. Panis enim DEI eſt, qui de çœlo deſcendit, & dat Mundo vi- ibid.v.33.
tam. EGO ſum Panis vitæ,qui de cœlo deſcendi. Patres veſtri manduca- ibid.v.35.
uerunt Manna in Deſerto,& mortui ſunt. Hic eſt Panis de cœlo deſcen- verſ.41.
dens,vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. EGO ſum Panis vi- verſ.48.
uus qui de cœlo deſcendi, ſi quis manducauerit ex HOC PANE, viuet in æ- verſ.50.51.58
ternum,&c. *Similiter interpretatur* S. Martyr CHRISTI *Cyprianus* Cartha- Cyprian.Epi-
ginenſium Præſul *in Epiſtol.* Si dies, *inquit*, æqualiter naſcitur OMNIBVS, ſi ſtolar.lib.4.
Sol ſuper omnes æquali ac pari luce diffunditur, quantò magis Chriſtus Epiſt.7.
Sol & dies verus in Eccleſia ſua lumẽ vitæ æternæ pari æqualitate largitur.

Cit. Extr. de Conſecr. Diſtinct 4 C. Nec quenquam. Cuius Æqualitatis Sacramentum videmus in Exodo eſſe celebratum, cũ de cœlo Manna deflueret, & futurorum præfiguratione alimentum Panis cœleſtis cibum CHRISTI venientis oſtenderet. Illic enim ſine diſcrimine ſexus vel ætatis Gomor à ſingulis æqualiter colligebatur; Vnde apparebat, CHRISTI indulgentiam & cœleſtem gratiam poſtmodum ſecuturam, ęqualiter omnibus diuidi ſine ſexus varietate, ſine annorum diſcrimine, ſine Acceptione Perſonæ, ſuper omnem Dei populum, ſpiritualis muneris gratiam infundi. *Et B.* Ambroſius *Mediolanenſis.* Non iſte Panis eſt, *ait*, qui vadit in corpus, ſed ille PANIS Vitæ Æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. *Beatus etiam Hieronymus.* Nec Moyſes, *inquit*, dedit panem verum, ſed Dominus IESVS, ipſe conuiua & conuiuium, Ipſe comedens & qui comeditur.

Ambroſ. lib. 5. de Sacram. cap. 4.
Hieronym. Quæſtion. ad Hedibiam. quæſt. 2.

Deinde ROS ille cœleſtis ſpeciatim ſignabat Corpus Carnemve Domini SALVATORIS noſtri; Eo ipſo aſſeuerante: Patres veſtri manducauerunt Manna in deſerto & mortui ſunt, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et Panis quem EGO dabo CARO MEA eſt, pro Mundi vita. Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. *Ita B. Cyrillus.* Mannæ (*inquit*) alimentum non æternam vitam, ſed breue famis remedium adferebat, non ergo erat verus cibus, hoc eſt, panis de cœlo. Sanctum verò CHRISTI corpus ad immortalitatem & vitam æternam nutriens, cibus eſt. *Plura huiuſmodi apud eundem Sanctum Patrem* CYRILLVM ALEXANDRINVM *leguntur ibi. cap.* XXII. Si putatis carnem meam vitam vobis adferre non poſſe, *&c.* Si præter Naturam caro mea in cœlum adſcendet, quid prohibet, ne præter Naturam viuificet? Nam qui terreſtre hoc corpus cœleſte efficit, is etiam viuificum reddit. Magnus *quoque Origenes Adamantius:* Tunc, *inquit*, in ænigmate Manna erat cibus; Nunc autẽ in ſpecie caro VERBI DEI verè eſt cibus. Sicut & ipſe dixit: Caro mea verè eſt cibus. *Similiter in Pſalm. XXXVI. commentatur. Dabatur autem Manna ad manducandum, non adſeruandum, hoc enim modo computreſcebat, fœtebat, vermes gignebat: Ita nec corpus Dominicum in ciborio adſeruari, ſed à fidelibus manducari debet, vt fiat ipſis Panis vitæ æternæ, &c.*

Ioh. 6 v. 49. ibid v. 51. verſ. 55. & 56
Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioh. cap. 6.
Id. ibid. c. 22. Conf. Ambroſ. lib de his qui initiantur. c. 8. & 9.
Origenes Comment. in Numer. Homil. 7.
Idem in Pſal. 36.
Exod 16. v. 20
Ioſeph. Antiquit. lib. 3. c. 1.

Verum, quæ inter Rorem illum cœleſtem, MANNA, *& verbum Dei ſaluificum, cœlitus manifeſtatum, & in Sacro Prophetarum, Euangeliſtarum atque Apoſtolorum Codice comprehenſum, inſtituitur Allegoria, vere grauiſſima iuxta atque ſuauiſſima eſt, & huic Noſtro inſtituto proprie conueniens. Nam.* ¶ *Manna ſummum erat Dei, tametſi exiguum nimis videretur donum ac beneficium, quod denominatione planum faciebant Pij, & Regius* Pſaltes *in Pſalm. prædicat:* Mandauit Nubibus deſuper,

Exod. 16. v. 14
Pſal. 78. v. 23

& ianua-

& ianuas cœli aperuit (*IEHOVAH,*) Et pluit illis Manna ad manducandum; & panem cœli dedit eis. Panem Angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abundantia. *Talia & in Pſalm.* 105. *&* 106. *leguntur. Ita Verbum Dei coram oculis Mundi vile atque contemptum apparet, & eſt* inſtar grani Sinapis; *Concio eius* Stulta prædicatio *eſt*, Stultitia *eſt*, Scandalum *eſt*, *ſed reuera tamen* POTENTIA DEI ad ſalutem OMNI CREDENTI. *Et* malleo conterente ſaxa ac petras potentius, *ac* quouis acinace penetrantius. ¶ *Erat rotundæ ac* orbicularis figuræ. Huius autem figuræ res facilè in quamuis partem voluuntur; vt per ſe currant, vt citò currant, vt longiſſime currant. Nimirum,* Verbum DEI currit velociter, adeoque ad omnes fines Terræ. ¶ *Saporem † habebat dulciſſimum,* ſimilæ inſtar melle mixtæ: *Tale quid & de verbo diuino PSALTES prædicat:* Deſiderabile ſuper Aurum verbum Tuum: Et dulcius ſuper mel ac fauum. Spirituale Manna, *(inquit B. Ambroſius)* eſt pluuia ſpiritualis Sapientiæ, quæ ingenioſis & quærentibus de cœlo infunditur, & irrorat mẽtes piorum, & obdulcat fauces eorum.* Melle dulcius eſt Manna, eſt ſermo, quem ordinauit Deus, hæc alimonia alit animam ſapientis, & illuminat atque obdulcat, mulcetque tanquam fauo quodam diuerſarum virtutum & ſermone Sapientiæ, *&c.* ¶ *Summo mane quærendum erat, nam* ab exoriente ſole colliquefiebat. *Summo itidem mane quærendus* DEVS, *quærendum* DEI VERBVM, *quærendum* regnum & iuſtitia eius, *dum inuenitur, dum dies eſt, dum propè eſt.* Mane, *ait Propheta,* adſtabo tibi. *Qui enim* clamantem in plateis ſapientiam *non audit, ille ipſe quandoque clamabit, & non exaudietur. Aduertendum igitur* Tempus gratiæ. ¶ *Diuerſos Manna habebat effectus vermes aliis procreans, aliis victum præbens ſalutarem. Ita Verbum Diuinum, aliis* ſcandalum, *aliis* ſtultitia *eſt*, *alios* ſaluat, iudicat *alios*; *aliis* eſt odor vitæ ad vitam, *aliis* odor mortis ad mortem: *Illud per ſe, hoc per accidens, nempe, Incredulitate ac culpa Hominum. Quam in rem pie admodum & grauiter* B. Origenes *ſcribit:* Manna, quia ſecundum tempus illud, ſi quis ita ſumpſiſſet, nutriretur ex eo. Si quis verò contra præceptum Dei, & contra ſtatutum diuinitus modum, voluiſſet aſſumere, non frueretur eo, vt vitali cibo, ſed vermes ebullirent ex eo. Et ita fiebat, vt vna eademque ſpecies Mannæ aliis vermes & putredines generaret, aliis verò ſalubrem cibum conferret. Igitur & noſtrum Manna verbum Dei eſt, & apud nos ergò ſermo DEI aliis efficitur ad ſalutem, aliis ad pœnam. Et propter hoc arbitror, quod DOMINVS, qui eſt viuum Dei Verbum, dicebat: In iudicium ego veni in mundum iſtum, vt non videntes, videant; & videntes cæci fiant. ¶ *Sexta die tantum colligebatur, quantum binis diebus ſufficiebat, quod quid ſignârit, melius non poſſumus declarare quàm* Origenes, *is ſcribit:* Sicut in deſerto ſex diebus colligebant Manna, in ſexta autem die non vnius diei modium, ſed quantum ſufficeret & in

ibid v.24. & 25.
Pſal.105. v. 40.
Pſal.106. v. 15.
Matth.13. v. 31.
1.Cor.1. v.21.
ibid. v.23.
Rom.1. v.16.
1.Cor.1. v.24.
Ierem.23. v. 29.
Hebr.4. v.12.
** Exod.16. v. 14.*
Pſal.148. v.15
Rom.10. v.18
† Num.11. v. 8.
Pſal.19. v.11.
Ambroſ. Epiſtolar lib.7. Epiſt.44.
** Ioſeph. Antiquit. Iudaicar. lib.3. c.1. Suauitate ad mellis dulcedinem accedebat.*
Exod.16. v.21
Eſai.55. v.6. &c.
Matth.6. v.33
Pſal.5. v.4.
Prou.1. v.20. & 28.
Eſai.49. v.8.
2.Cor.6 v.2.
Exod.16. v.20 &c.
1.Cor.1. v.23.
Ioh.5. v.39. & c.12. v.47
2.Cor.2. v.15. 16.
Origen. Comment. in Numer. Homil.3.
Ioh.9 v.vlt.
Exod.16. v.22
Origen. Hom. 3. in Pſal. 36.

craſtinum, colligebant, & vnuſquiſque edebat in die Sabbathi, quæ collē-
gerat in die ſexta: Ita etiam nunc velut ſexta quædam dies putanda eſt, D.
N.I.C. Aduentus, & Tempus hoc Diſpenſationis eius, quam Paſſione ſua
Simil. leg. apud B. Ambroſ. Epiſtolar. lib. 8. Epiſt. 62 hoc ſeculo procurauit. Et iccircò dum in ſexta die ſumus, colligamus
Mannam dupliciter, vt ſufficere nobis poſſit, dum aduenerit vera Sabba-
thi obſeruatio populi DEI. Si autem non collegerimus duplices cibos,
qui nobis & in præſenti & in futuro ſeculo ſufficiant, in duobus futuris
Exod. 16. v. 33 non ſaturabimur. ¶ *Cœleſtis ille ros ſeruabatur* in Sancto Sanctorum in Au-
Hebr. 9. v. 4. rea vrna: *Hoc verò Verbum Diuinum ſeruatur in Sancta Catholica atq; vera Apoſto-*
1. Tim. 3. v. 15 *lica* Eccleſia, quæ eſt domus Dei viuentis & columna ac Firmamentum
1. Cor. 4. v. 1. Veritatis *in Aurea Sacroſancti Miniſterij vrna, vnde Miniſtri Verbi illius ſaluifici*
Myſteriorum Dei & Chriſti Diſpenſatores *vocantur.* ¶ *Ab ingreſſu Iſraëli-*
Ioſua 5. v. 12. Ioſeph. Antiquit. lib. 5. c. 1 *tarum in Terram Repromiſſionis Canaan ceſſabat Manna: Ita externa Verbi Diuini*
prædicatio, poſtquam intromiſſi fuerimus in realem cœleſtis Canaan poſſeſſionem, ceſ-
1. Cor. 13. v. 9. *ſabit: Non enim opus erit, vt doceant ibi Miniſtri, diſcant Auditores, quæ ſunt admini-*
cula Hominis mortalis de DEO ac rebus Diuinis erudiendi, nec enim, quando Chri-
1. Cor. 15. v. 24 ſtus tradet regnum Deo Patri Templum viſetur in cœleſti Hieroſolyma,
Apoc. 21. v. 22 *Eſai. 54. v. 13.* *ſed* omnes erunt θεοδίδακτοι à minimo vſque ad maximum: *Nam* DEVS e-
Ierem. 31. v. 34. rit omnia in omnibus. ¶ *Cæterum vt perueniamus demum ad id, cuius gratia hæc*
1. Cor. 15. v. 28 *collatio potiſſimum inſtituta eſt, quo Iſraëlitis omnis nauſea faſtidiumq; tanti tamq;*
pretioſi cibi abſtergeretur, ſingulari Dei fiebat Prouidentia ac Diſpoſitione, vt cuiuſ-
Num. 11. v. 8. *uis palato ac voluptati eſſet aptus, &* vt omne delectamentum in ſe haberet, *vt*
Sap. 16. v. 20. *Auguſtin. de Eccleſiaſt. Dogmatib. c. 53.* *loquitur SAPIENS*, & omnis ſaporis ſuauitatem; *Nam* ſecundum propriam
voluntatem in ore cuiuſque ſapiebat, *vt ait B. Auguſtinus* Hipponenſ. aliis
Numer. 11. v. 8. 9. frangentibus mola, aliis terentibus in mortario, aliis coquentibus in olla,
facientibusque ex eo tortulas, ſaporis, quaſi Panis oleati, *melle mixti. Ad*
Ioſeph. Antiquit. lib. 3. c. 1. *eundem plane modum VERBVM DEI cuiuſque appetitui ſatisfacit, & quiſque, prout*
Verbum Diuinum ad omnia vtile. *vult, ex eo ſibi conficere edulia poteſt. Famelicis eſt cibus ſapidiſſimus, Siticuloſis eſt*
potus pretioſiſſimus: Ægris præſtat præſtantiſſima φάρμακα, *infirmis robur ac ſani-*
Auguſtin. de verb. Domini ſecūd. Matth. Serm. 19. *tatem dat: Errantibus eſt via, obtenebratis eſt Lux: Languentes confirmat, contritos*
conſolidat, rudes docet, triſtes exhilarat: Tentatis eſt ſolamen, Depreſſis dat releua-
men; Verbo dicam: Ἁπαξαπλῶς κοινὸν ταμεῖον ἐστὶν ἀγαθῶν δογμάτων, καὶ ἑ-
B. Baſilius in Pſalm. prim. κάστῳ πρόσφορον κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν ἐξευρίσκουσι, *vt D. Baſilius pronunciat.*
Rom. 12. v. 6. Ex hoc Ταμείῳ *Theologi* concipiunt *Sermones ſuos.* Si quis enim habet pro-
1. Pet. 4. v. 11. phetiam, fidei ſit analoga oportet: Et ſi quis loquitur, loquatur ὡς λόγια
Prou. 16. v. 12 *Prou. 20. v. 28* Θεοῦ. *Ex hoc Iureconſulti* excipiunt *Legum Cynoſuram, quæ eſt IVSTITIA.* Iuſti-
tia enim thronus Regis firmatur. Iuſtum, *inquit Dominus Saluator*, iudica-
Ioh. 7. v. 24. *Syrac. 38. v. 4* te iudicium. *Ex hoc Medici* recipiunt; Altiſſimus creauit de terra Medici-
ibid. v. 2. 3. nam, & vir prudens non abhorrebit eum. Diſciplina Medici exaltabit

caput

caput illius, & à Rege accipiet donationem, in conſpectu Magnatum col-
laudabitur. A Deo eſt omnis medela, *&c. Philoſophi hinc veram θεοσοφίαν* *ibid.v.2.*
ſuſcipiunt. *Nam quicunque ſine huius præeunte face σοφίαν ſeſe addiſcere poſſe ſpe-*
rant, næ illi abludunt longiſsime, & pro σοφίᾳ ψευδοσοφίαν ἢ μᾶλλον μωρίαν, pro
Theſauro, carbones, proq́ corpore fumos captant. Hoc Verbum Dei apprehendens, *Pron:1.v.2.*
diſcet ſapientiam & diſciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ, & *ſu-* *verſ.3.*
ſcipiendam eruditionem Doctrinæ, iudicium, iuſtitiam, atque æquitatem. *ibid.v.4.*
Vt detur paruulis aſtutia, & adoleſcenti ſcientia ac intellectus. Audiens *ibid.v.5.*
ſapiens ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit. *Hoc penuariū* *Geneſ.1.v.14.*
ſuppeditat Hiſtoricis ſolidam cognitionem diſcriminationemq́ Temporum. Informat
Mathematicos. Erudit Chorographos. Inprimis Poëtæ quoque, diuino quodam ſpiritu
adflati, id tractant, & ex eo apta parant fercula. Teſtis Dauid Pſalmographus. *Te-*
ſtis Paræmiaſtes Salomon. *Teſtis in* N.T. ARATOR Subdiaconus Eccleſiæ *Vixit circa*
Romanæ, *qui Actus Apoſtolicos carmine reddidit. Teſtis* IVVENCVS Presbyter *A.C.540.* *Vixit circa*
Hiſpanus, *qui totam Euangelicam Hiſtoriam carmine deſcripſit. Et teſtis ante hos* *A.C.400.*
PRVDENTIVS Poëta Nobilis Hiſpano-Cæſar Auguſtanus, *qui eruditiſsimis* *Vixit circa*
ſuis carminibus partim Doctrinam Chriſtianam in genere, partim refutationes varia- *A.C.380.*
rum atq́ intricatarum Hæreſeῶn, partim etiam Hiſtoriæ Martyrum libr. quem περὶ
στεφάνων inprimis inſcripſit, complexus eſt. Non iam dicam de SEDVLIO celeber-
rimo illo Scoto *& Poëta feliciſsimo; Non de* Franciſco Bonnado *Angeria Preſ-*
bytero; Non de Helio Eobano Heſſo; *Non de* Lauten: & Roſa: Pachiis, *aliiſq́,*
qui noſtra patrumq́ noſtrorum memoria vixerunt, Neotericis. ¶ Denique ex cæleſti
hoc Rore Tragemata conficiunt & Bellaria exquiſitiſsima Eiconoplaſtæ θεόσοφοι, Em- Schaw-
blemata, nimirum, pictas ac Hieroglyphicas Literas, quod ex Editis libris hoc incoante Eſſen.
& ſuperioribus ſeculis exemplis pluribus compertum eſt. Quod ſane Inſtitutum, vt An-
tiquiſsimum eſt, ita eſt & vtiliſsimum, & cum maxima ſuauitate dulcedineq́ con-
iunctum. Optume Clariſsimus Theologus D. DANIEL CRAMERVS *in ſua ſocie-*
tate IESV & Roſeæ crucis VERA præludit: Etiam Nobis (*inquit*) in Sacroſanctis *Cramer. in*
noſtris Bibliis hæc ſeges eſt. Putabunt profani, in profanis tantum ſuis *Præfat. in So-* *cietat.*
ſcriptis extare Emblemata, Floſculos, Pictas ſententias, Hieroglyphica.
Corrigant demum mentem. Noſtrum agrum ne vllius facſis ſterilitatis
arguas. Te potius Mundiq́; óſcitantiam corripe, qui minus lectionem Bi-
bliorum curatis, &c. *Hactenus Dn. D. D. Cramer. Quare nullo modo improban-*
dum eſt eorum ſtudium, qui exemplo Sanctorum Dei Hominum per Emblemata, Hie-
roglyphica, Eicones æreas, Picturas, virtutem commendare, vitia emendare ſtagunt.
Maxime verò, cùm multorum faſtidium erga cæleſtem illum rorem Mannæ ſalutificæ,
Verbi diuini ſiue lecti ſiue prædicati eò vſq́ pceſſerit, vt tãtum non aperto rictu nauſea-
bundi cum illis conclament: Faſtidit Anima noſtra MAN: nihil enim ob oculos *Num.11.v.6.*
noſtros eſt, niſi MAN. *quoniã tanto faſtidio ſaltem ſuaui ſimul atq́ vtili hoc inſtitu-*
to quodãmodo ſuccurritur. Cõmendat iſtud ſtudij & operis etiã Poëta: Omne

Horat. de Art. Poët. quæ Plaſtic. Proplaſtic. & Criptic. maximè cognata eſt.

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci,
Lectorem delectando, paritérq; monendo, &c.

Negari autem non poteſt, hoc ſtudium maximopere adficere ac percellere mentes graues, & ſingularem quandam oblectationem, vſumque multiplicem in ſeſe continere, adeo, vt negare qui id auſit, Solem in Meridie lucere eadem facilitate negaturus ſit.

Huc igitur collineat etiam EICONOPLASTES *hic noſter* THEO-SOPHICVS, *qui mediante ante omnia ſaluifico Dei Verbo per virtutes ac vitia, per omnes ferè Status atque Ordines, Artes, Diſciplinas, Studia, Artificia etiam Opificiaq; Orbis Chriſtiani diſcurrit, curſum τϰτϰ τϰ αἰῶν⊗ conſiderat, Fidei, Dilectionis, reliquarumq; Virtutum nitorem priſtinum reſtituere, & vitiorum maculas abſtergere conatur, vt ſi*

Horat. de Art.

Segnius irritent animos demiſſa per Aures
Nunc hæc ſint oculis commiſſa fidelibus, &c.

Non dubitamus etiam, quin Plaſtices, Proplaſtices, & inciſoria huius Artis, cripticaq;, præcipuus iam inde à ſuis incunabulis vſus is ſit, quẽ Plaſtes *hic noſter* Theo-Sophicus *opere ipſo nititur exhibere. Teſtantur iſtud vetuſtiſſimi* Ægyptij. *Teſtatur* Ammianus Marcellinus Scriptor Romanus, *dum ſcribit:* Formarum innumetas Notas Hieroglyphicas appellatas, quas vndique inciſas videmus; INITIALIS SAPIENTIÆ vetus inſigniuit Authoritas. *Teſtatur &* Lucanus *canens:*

Ammianus Marcell. lib. 17. Et lib. 22.

Lucan. Pharſal. ſeu de Bell. ciuil. lib. 1. p. 67.

Phœnices primi, Famæ ſi creditur, auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris:
Nunquam Flumineas Memphis contexere Biblos
Nouerat, & ſaxis tantum volucreſque, feræque
Sculptaque ſeruabant magicas animalia linguas.

Teſtantur denique pluſcula hoc incoante & ſuperioribus ſeculis edita opuſcula Emblematica & Hieroglyphica, non à Politicis tantum, ſed & ab Eccleſiaſticis viris, quorum Nomina hìc intimare nihil attinere arbitramur.

Tua verò, Generoſiſſime Comes, Clementiſſime Domine, Illuſtriſſ. Celſitud. *hanc meam Opellam & Euolutionem Hieroglyphicam vt deuouerem, & ad* Illuſtr. & Potentis Tui Patrocinij *curam deponerem, plures ſane me perpulerunt cauſæ. Principio enim glorioſos illos* Generoſiſſimi Dn. Parentis Tui *Beatiſſimæ Recordationis Cineres hac Inſcriptione debita gratitudinis ergò concelebrare volui; Debui ſanè. Is enim tot tantisq; benefactis, in me tam gratioſe tamq; copioſe congeſtis ita de me meruit, vt Ingratiſſimus ipſe mihi viderer, (ſed quantum, quamq; ineluibile hoc eſſet crimen!) ſi non aliquod ſaltem grati animi τεκμήριον ad puluinaria* T. Illuſtr. Celſitud. *deponerem. Præterquam autem, quod de Me* Illius Celſitud. *Auguſtæ memoriæ tàm benè meruit; Fuit quoq; tali ac tanta Virtute HEROS, vt verè ANTIQVA*

GERMA-

GERMANICA VIRTVTE AC FIDE COMES *meritiſsimo iure celebretur. Verumenimuero cùm quatuor præcipue cardinales Virtutes in Principe aut Magnate requirantur:* PIETAS, IVSTITIA, TEMPERANTIA, FORTITVDO. *vnde* Regibb. Perſicis *quatuor morum Rectores adiungebantur:* * Piiſſimus. Iuſtiſſimus. Temperantiſſimus. Fortiſſimus. *Omnes illæ Virtutes in* IPSO, Heroë Germano, *perſpicuè relucebant. Erat in* IPSO vera Pietas, *& Verbi Diuini, cœleſtis illius Mannæ, ardens ac auidum ſtudium. Miniſtros Verbi Diuini ſingulari clementia ac benigno fauore ſemper complectebatur. Sed ô quanta & quàm rara hodie alicubi virtus! Concionatori* Ipſ. Celſitud. *Dn. M. Georgio Fladungo ſemper erat (ſcio) integra ac libera facultas ad* Ipſ. Celſitud. *accedendi, quem non minus libenter quàm clementer audiebat, ſi quid, quod in* Ipſ. Celſitud. *ſinum humiliter deponeret, haberet. Atque adeo erat inter æquales ſuos Fax quaſi coruſca & Decus ſummum.* IVSTITIÆ *præterea germanus & γνήσιος Alumnus, &, quod non vltima laus eſt,* PATER PATRIÆ, *quod de ſe aliquando dici* Auguſtiſſimæ memoriæ IMPER. AVGVSTVS *ſummo gaudio percepit, adeò, vt præ ſummo gaudio etiam illacrymaretur. Et quod in conuerſatione* Ipſ. Celſitud. *primum ac princeps, ſummus erat in* Ipſo CANDOR: *Artes, ac præſtigiæ Hetruſci illius Florentini Rabulæ (maledicta & in omne æuum damnatæ memoriæ) longiſsime ab* Ipſ. Celſitud. *aberant, Piam hanc Animam ineſcare aut intoxicare non poterant.* Temperantia *talis erat, qualis Talem ac Tantum Heroa, tamq́ Generoſum Pectus non dedeceret, neque committeret, quod* Ipſius Celſit. *poſtmodum puderet, pigeret, pœniteret ve ſobriam. De* Fortitudine *iſtius Glorioſiſſimi Herois, & Conſtantiſsimi Athletæ Chriſti quid attinet dicere? quam ad extremũ vſque ſpiritum intrepidè retinuit, dum in acie contra Hoſtes ſuos, imò* CHRISTI, *pro* CHRISTO *ſtans fortiter occubuit, illud* VESPASIANI IMP. *opere ipſo comprobans:* Imperatorem ſtantem mori oportere. *Et laudatiſsimi* Arragonum Regis ALPHONSI *Apophthegma reapſe complens:* PRO LEGE & PRO GREGE. *Equidem, ſi ſecundum Hominem loqui fas eſſet, alio fato erat digniſsimus, ſed quis peſſulum obderet SORTI?* Sortes autem noſtræ in manu Domini, *&c. inquit Regum imò Mortalium omnium Sapientiſsimus. Verum* non amiſit *ille hoc modo,* ſed ſeruauit Vitam; Salus *ac* Veritas *hoc dicit. Perdidiſſe poterat vitam, niſi perdidiſſet; & profundere, niſi profudiſſet propter* CHRISTVM. *Perire poterat, niſi periiſſet: Sed* ô *quàm* pretioſa mors talis in conſpectu Dei. *Multi ac magni viri ardenter optarunt propter* CHRISTVM, *proq́ eius Gloria ac Veritate ſanguinem fundere, vitam ponere; quod illi optarunt, hoc* diuino Heroi, Parenti Tuo, *diuino munere conceſſum eſt, vnde cum quouis etiam glorioſiſsimo* CHRISTI *Athleta ac Martyre comparari iure poteſt; quare eò maiori nunc, (quis dubitaret?) gloria ac claritate in cœleſti regno* CHRISTI *in omnem æternitatem ſplendeſcit.*

Herodot. in Thalia. Plato in Alcibiad. Xenoph. item & Philoſtrat.

* *Σοφώτατος. i. e. Sapientiſsimus: Vera Sapientia eſt Pietas.*

C. Sueton. Tranquill. in D. Octau. Auguſt. c. 58.

Sueton. in D. Veſpaſ. cap. 24

Ref. Abb. Panormitan. Æneas Sylu. Dau. Chytræ. Eraſm. & al.

Prou. 16. v. 33

Ioh. 12. v. 25.

Pſal. 116. v. 15

Hæc verò dum apud Illuſtr. Celſitud. T. *commemoro, non refrico vulnus ſanatum, ſed laudum meritarum memoriam conſeruo, ne (quod per Deum immorta-*

lem indigniſſimum eſſet!) non tàm apud Illuſtr.Celſitud.T. *quàm apud omnes Bonos vllo vnquam tempore intercidat aut intermoriatur. Meritò autem hæc memoria à Me conſeruatur, de quo Heros ille planè diuinus tam benignè ac prolixe meritus eſt. Quare vt Nemo cordatus Aſſentationis (quam à me longiſſime abeſſe nouit is, quem nihil latet, nôrunt & omnes, quibus non penitus ſum ignotus) labem adſpergere mihi poteſt, dum laudes Tanti Herois delibo, & glorioſos ac beatos manes hoc honore macto; Ita neque apud* Illuſtr. T. Celſitud. *eam me gratiam initurum arbitror, quam apud* Alexandrum Magnum Macedona CLITVS *paternarum* (Philippi Macedonis *dico) laudum apud filium* Alexandrum *præco retulit, quinimò* Gloriam Patris, *vt Sapiens monet,* in propriam Gloriam deputabis *atque conuertes. Quinetiam in tot tantarumq́ue Virtutum ac Laudum paternarum æmulationem* Tuam Generoſiſſimam Indolem *pellicere ſatago, vt qui nominis ditionisq́ue, Sedis & Ædis Paternæ Hæres extas, eiuſdem etiam Pietatis ac Virtutum γνήσιος hæres clueas. Sed ô vtinam mitiori fato ac longiori vita!*

Ex Trogo Iuſtin. lib. 12. p. 95.

Syrach 3. v. 13

Deinde non fugit me, quod excelſæ mentes ac ſublimia Ingenia Emblematis ac Hieroglyphicis Literis ſingulariter capiantur, mirificè oblectentur, vtiliter erudiantur: Et multum refert, vt exempla ac typi morum, & virtutum iis, qui ad gubernationem aliquando accepti ſunt, ob oculos ponantur, quibus ad omnis generis virtutes incitentur: *ait* M. Lucas Geyerberg in Orat. quam ſcripſit de vita & obitu Illuſtris Herois Dn. PHILIPPI Senioris Comitis in Solms, *Abaui T.C. laudatiſſimi. Quî igitur potui aliter, quam vt* Excelſiſſimam Indolem Tuam, *de qua certò teſtantur ij, qui* Celſitud. T. *propius nouerunt, hac ſubmiſſi ſimul atque parrheſiaſtica appellatione ornarem? fouetq́ue adeò certa me atq́ue indubitata Spes, fore, vt Hieroglyphicum iſthoc Ignitabulum Virtutis fauillas in Te magis magisq́ue ſit reſuſcitaturum. Habes quidem, habes profectò,* Generoſiſſime Comes, *Virtutum Domeſticas tàm Illuſtres tamq́ue luculentas Maiorum Tuorum Faces, inprimis* D. Parentis, Magni *illius* ALBERTI-OTTONIS, *Pientiſſimi quoq́ue atque grauiſſimi Aui* D. IOANNIS-GEORGII, *cuius mihi quoque nota virtus, perſpectaq́ue conſtantia fuit, & clementia; nec non Proaui* FRIDERICI *verè* MAGNI, *Abaui Tui bellicoſiſſimi* Dn. REINHARDI: *Inprimis autem ATAVI & Antiquæ Virtute Herois* Dn. PHILIPPI SENIORIS, Comitis Solmenſis, & Comitatus Solmenſis quaſi AVGVSTI, *quem Auguſtiſſimæ Memoriæ IMP. CAROLVS V. ſummi Honoris ergò PATREM vocare ſolitus eſt, eiq́ue, cum iam Grandæuus ad Imp. in Gallias exercitum ducentem in caſtra veniret, præ multis Principibus primo dextram dedit: Cuius ſapientiam ac moderationem Sereniſſ. Saxoniæ Dux & Elector* FRIDERICVS (*indicio B. illius Animæ* Philippi Melanchthonis *in Epiſt. ad M. Lucam Geyerbergium) eo loco habuit, vt Neminem ex Conſiliariis pluris fecerit, eiuſque conſilium in re omnium maxime ardua & ſingulari ſit ſecutus. Sed quid vetera hæc Ego*

Maiorum

Maiorum T.Celſitud.*exempla? quis neſcit Virtutē & Gloriam Inclyti, ac Magnificentiſſimi Herois Noſtri huius Æui & Anni* Dn. FRIDERICI à Solms, T. Celſit. *Patrui, in quo ita ſibi diuinitus congeſtæ virtutes,* Pietas, Fides, Integritas, Sapientia, Fortitudo, Moderatio, Clementia, *&c. certant, vt omnes ſint in* Ipſ. Celſit. *plane eximiæ ac raræ, vt de alteris illis* T.Celſitud. *Patruis Generoſiſſimis ac Fortiſſimis Heroibus* Dn. HENRICO-GVILIELMO, *&* Dn. IOHANNE-GEORGIO *nunc non amplius dicam: Has, inquam, tàm Illuſtres tamq́ue longe ac late micantes Maiorum ſuorum præuias Faces habet* Celſitud. Tua, *vt ad cumulum ac ſplendorem illum ab exteris parum adijci poſſe videatur, quid autem impedit, quo minus tanta & tam* Generoſa Tua indoles *etiam aliunde illuſtretur, & virtuti per ſe concitatæ ſubdatur calcar.*

Inſuper ætas illa Tua viridiſſima ac florentiſſima, Grammaticalibus gryphis, Syntacticis conſtructionibus, & ſimilibus Scholaſticis ſtrophis non ita plane deteri debet, ad altiora nunc atque grauiora allectanda atque adſuefacienda venit, ad quæ Theoſophicus *hic noſter* Plaſtes *haud parum forte profuturus eſt.*

Denique in animo eſt, oſtendere hac Deuotiſſima Nuncupatoria προσφωνήσει, *quanti* Laupacia *illa Tua à me fiat, quàm ea mihi ſemper in oculis ſit, &, dum ſpiritus hos reget artus, futura eſt. Certe tantum me illi obſtrictum ac deuinctum eſſe agnoſco, quantum vel Natali ſolo Patriæ* ASSENHEMIÆ. Hæc *enim viuere mihi diuina gratia,* Illa *bene-viuere dedit: In* Hac *natus ſum, in* Illa *verò magis magisq́ue renatus:* Hæc *Genetrix mihi fuit,* Illa *verò dulcis ſuauisq́ue Nutricula. Auſim dicere, atque adeo vere dicere: Plura ac maiora* Illa *mihi quàm* Hæc *præſtitit benefacta: Dedit* Hæc *aliqua Naturæ Bona, Fortunæ atque Gratiæ* Illa *plura: Auxit quoque* συζυγίᾳ *& multis oculiſſimis* Neceſſariis, *perpetuum mihi cum obſeruandis tum amandis, quorum, dum non morior, non morietur apud me dulcis* Recordatio *& conſtans Amicitia. His igitur de cauſis Delicium eſt meum manetq́ue* LAVPACVM: *&* Illuſtr. Celſitud. T. *vnà cum* Illuſtriſſima ac Pientiſſima Principe Domina Matre Celſitud. Tuæ, *Summum ac Ordinarium eius (imò* Aſſenhemij *ratione & meum adnatum) Magiſtratum votis piis, ardentibus, & cotidiè ad DEVM fuſis, ſeruitiisque, ſi quæ à me infimæ conditionis Homine vllo modo proficiſci poterunt, fideliſſimis proſequi in* DOMINO *nunquam intermittam.*

Accipe igitur, Generoſiſſime Comes, Clementiſſime Domine, HEROVM GERMANA SOBOLES, *Accipe, inquam à Cliente Tuo munus papyraceum illud quidem ac leuidenſe, ſed ab animo pio, Humilimo, ac candido,* Tuæq; Celſitud. *ad omnia Pietatis Probitatisq́ue officia vltrò addictiſſimo, profectum, gratiſſimæ ac paratiſſimæ mentis indubitatum Indicium, illudque vna mecum in*

Tuam Tutelam, Protectionem & Aſſertionem *vindex ſuſcipe, Meq;* Tuo Illuſtri Fauore *non dedignare. DEVS Opt. Max.* Generoſiſſ. Celſit. T. *vnà cum* Illuſtriſſima Principe Domina Matre, & Tota Illuſtri Domo *quàm diutiſſimè incolumem ſeruet ac ſoſpitet, & omnis generis Benedictione Corporis & Animæ abundè cumulet. AMEN. Præfeſtinabam* Nauhaimij *in Muſæolo poſtrid. Eidibus Maij,* (*quo die Deus ante Annos* 3130. *MANNA primum de cœlo depluit Iſraëlitis in deſerto, &c.*) *Anno* cIↃ. IↃ. c. xx.

Illuſtr. ac Generoſiſſ. Celſitud. T.

Humili ac deuoto adfectu colens

HENRICVS ORÆVS.

IN

IN HASCE
EICONES MYSTICAS
Programma.

VIrtutum ad viuum exſculptas ſimul ac vitiorum
Ecquis es, EICONAS, qui non mireris, amesque?
Ingenij qui non laudes ſolertis acumen?
Quis non fila manus doctæ deprædicet? Et quis
Hæc Hieroglyphica [& ceu viuida grammata Zeuxis
Peniculo depicta, ſtylóve inciſa Tabellis
Phidiaco] quis non diuinis laudibus ornet?
Aſpectu informant, ac prouida pectora mulcent,
Atque animis odium Vitij, & Virtutis Amorem
Inſtillant, mentique ſemel concredita ſeruant
Fortiter, vnâ operâ indocto & proſtantia docto.
Certè peritis rerum id afferent boni,
Vt vel tuendo imaginum effigiem, illicò
Hiſtoriam, vel quò digitum autor intulit,
Reuocent ſibi, & menti imprimant fideliter.
Vt quando opus retexere illam calleant
Pulcro ordine, ad ſtuporem inaudientium.
Sed & imperitum & implicitum in Artibus
In Attica, aut Latina in Eloquentia
Docere poſſunt non minus veraciter,
Quàm ſi vocâſſet quicquid omnes Ethici
Cumulo librorum ediſſeruere maxumo.
Indoctos, ſed enim, quia tantum Emblemata forſan
Vermiculata, adytis imisque petita Sophorum
Intuitu iſta iuuare queunt, [quantum autumo] quantum
Vel lippum pictæ tabulæ, aut fomenta podagram:
Dic, quem TE memorem, TE HENRICE ORÆE, loquentes
Eicones mutas qui facis arte graui?
Nuncque ORE Auſonio inducis, nunc ORE Pelaſgo
Argutè immiſcens vtile dulciloquo.

Vt dubites, docto an mage demirere reciſa
Æra ſtylo, an docta ſcripta notata manu.
Dum ſæpè hiſtorias remotiores
Dumque Emblemata rara & erudita,
Quæ ſculptor penitiſſimis figuris
Excudit, ſcholiis refers diſertis?
Quæ ſi tollere quis velit figuris
Vix ſenſum tibi Delius natator
Vix neruum Oedipus explicabit. Ergò
Macti agite ingenio! macti calamoque ſtyloque
Laus [crepet Inuidia!] attribuetur VTRIQVE Bonorum.
Quod vobis vouet & ſpondet mea Muſa. VALETE.

ARTVS VIGELIVS HEIGERAN. NASSOV.
Eccleſiæ Rhodheimenſ. Paſtor: & Capituli Fridbergenſ. Hanoicus DEFINITOR.
Amic. F. Calend. VIIbr. Anno cIↄ.Iↄ.c.xx.

IN

IN ÆREOPLASTEN THEO-SOPHICVM R. DN. HENRICI ORÆI Fr. ac vicini honorandi.

Ε'ΠΙΓΡΑΜΜΑ.

AStripotens quondam cupiens ſacra Tecta parari,
AEdem quò ſacram conderet ipſe ſibi.
Talia per Moſen lectis ſibi iuſſa ferebat
Iſacidis, ſummis collibus in Sinai:
Vi ductus Nemo, ſed ſtet ſua cuique voluntas,
Quilibet arbitrio ſacrificet proprio.
Immolat hinc alius magnum Auri atque AEris aceruum,
Taxorum pelles immolat hinc alius.
Caprarumq́ pilos alius, pellesq́ rubentes,
Coccum alius tinctum. Victima grata Deo eſt.
Tempore ſic noſtro ſtat adhuc Diuina voluntas,
Quilibet vt Templis immolet atque Scholis.
Huius nunc ORÆE *memor, venerande* Πάϱοιϰε,
Iam promis, cudit quæ Tua Muſa domi.
Ligna Setim ſint hæc, Onychis lapides, Hiacynthi,
Sint Byſſus, ſint & linea veſtis Ephod.
Perge ita, mi Frater, Spartam, quam es nactus, adorna,
Et præſta officij munia digna Tui.
Prome ſubinde, rogo, plures ORÆE *libellos,*
Sic Te poſteritas omnis in ore feret.

Hildebrand. Gefferus appoſuit
Calend. Maij.

SYLLA-

SYLLABVS AVCTORVM
qui in hoc Opuſculò allegantur.

Actius Sannazarius.
Ælianus.
Æl.Lampridius.
Æſopus.
A.Gellius.
Alcoranus.
Alexander Alexandri.
Aluarus Scholaſtic.
Alardus Franciſcus.
Amandus Polanus.
S.Ambroſius.
Ammianus Marcellin⁹.
B.Anshelmus.
Apuleius.
Aratus vel Arator.
Ariſtoteles.
B.Arnobius.
Arrianus Nicomedienſ.
S.Athanaſius.
Athenæus.
S.Auguſtinus.
Auſonius.
Balæus.
S.Baſilius.
Baptiſta Fulgoſius.
B.Beda.
B.Bernhardus.
SS.Biblia.
Bibliotheca Patrum.
Bodinus.
Bruno Seidelius.
Bruſonius.
Budovvecius.
Bullingerus.
Caſparus Peucerus.
Carus.
B.Cæſarius Arelatenſis.
Claudianus.
S.Clemens Alexandrin.
Chriſtoph.Binder.
Conradus Celtes.
S.Cyprianus.
S.Cyrillus.
Damhouderus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Dion Caſſius Nic.
Dioſcorides.
Eobanus Heſſus.
Euripides.
S.Euſebius Cæſarienſis.
Fl.Vopiſcus.
B.Fortunatus Venãtius.
Franciſcus Hottoman.
S.Fulgentius.
Funccius.
Georgius Remus.
Georgius Sabinus.
S.Gregorius Magnus.
S.Gregorius Nazianz.
S.Gregorius Nyſſen.
Henricus Büntingius.
Herodotus.
Heſiodus.
S.Hieronymus.
S.Hilarius.
Hiſtoria Eccleſiaſtica.
Homerus.
Horatius.
Ioannes à Münſter.
Ioan.Baptiſta Egnatius.
S.Ioan. Chryſoſtomus.
Ioannes Stobæus.
Ioſephus Hiſtoricus.
Ioſephus Paſſius Rauennas.
S Irenæus.
Iſocrates.
Iulius Capitolinus.
Ius Canonicum.
B.Iuſtinus.
Iuuenalis.
B.Lactantius Firmian⁹.
Lambertus Danæus.
Leonardus Aretinus.
Leonclauvvius.
Liuius.
Loſſius.
Lucanus.
Lucas Pollio.
Lucretius.
Ludouicus Viues.
Lutherus.
Macrobius.
Martialis.
M.Tullius Cicero.

Maxi-

Maximus Tyrius.
Molinæus.
Nicephorus.
Nicolaus Berſius.
Nicolaus Machiauellꝰ.
B.Origenes.
Oſiander.
Otto Melander.
Ouidius.
Palladius.
Panormitanus.
Paulus Diaconus.
Paulus Iouius.
Perſius.
Petrus Crinitus.
Petrus Bembus.
Pezelius.
Philemon.
Philipp. Melanchthon.
Philoſtratus.
Platina.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Pindarus.
Pomponius Lætus.
Propertius.
B.Prudentius.
Quintilianus.
Q.Curtius Hiſtor.
Regulæ Societat.Ieſu.
Roterodamus Eraſmus.
Ruffinus.
Salomon Neugebauer.
Saluſtius.
Selneccerus.
Seneca Philoſophus.
Seneca Poëta.
Sext. Aurel. Victor.
Strabo.
Socrates.
Sozomenus.
Suetonius.
Suidas.
B.Taulerus.
Tacitus.
B.Tertullianus.
Terentius.
Theognis.
Theologi Wittember-
gens.
S.Theodoretus.
B.Theophylactus.
Thomas Aquinâs.
Thomas Stapletonus.
Thucydides.
Thyrtæus.
Tibullus.
Trebellius Pollio.
Trogus Hiſtoric.
Valerius Maximus.
Varro.
Virgilius.
Vitæ Patrum.
Xenophon.

I.

CVNCTA REGIT SERVATQVE DEVS qui cuncta creauit.



Mundi Auriga ſuos Noctémq Diémq Caballos
Aſſiduò gyrum Tempus inire iubet.
Aptè ſunt comites: Aqua, Tellus, Ignis, et Aër,
Cúmq Euro Zephyrus cúmq Aquilone Notus.

Der welt Fuhrman, die Zeit, treibt pferd,
Nacht vnd Tag: Fewer, Waſſr, Lufft, vnd Erd
Bey dieſem vffzug G'fährten ſindt,
Samt Sud, Oſt, Weſt, vnd Norten windt.

Le chartier de ce Monde, c'eſt le Temps qui conduit
Ses cheuaux qui ont ailes, ceux ſont le Iour et la Nuit,
En compagnie ſont le Feu, l'Air, l'Eau, la Terre,
Auſsi les quatre vents, qui ſe font forte guerre.

CREATIOnis cauſa, effecta, vſus. *Geneſ.1.** *Ioh.1.v.3.* *Coloſſ.1.v.13.* *Geneſ.1 v.1.* *ibid.v.2.* *Pſal.33.v 6.* **Virgil lib.6. Æneid.* *Spiritus intus agit.*

CREATIONEM, CONSERVATIONEM, & GVBERNATIONEM rerum omnium hac Tabella pręfigurari intelligimus. *Cauſa efficiens* eſt DEVS, qui eſt PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS. *Deus Pater* principium agendi. *Filius* cauſa δημιουργικὴ. *Spiritus Sanctus* fotrix & inſtar Gallinæ excludens, adeoq; cuiq; creaturarum formam & eſſe dans. Sicut ſcriptũ eſt: *In principio creauit Deus cœlum & terrã.* Et: * *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.*

& DIXIT

& DIXIT DOMINVS: *Fiat Lux*, &c. *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis exercitus eorum. Neq; enim corporalibus modis loquitur diuina natura, nec quoties dicitur: DIXIT, totiens verba formauit. Vnum enim VERBVM genuit coæternum & conſubſtantiale ſibi, in quo omnia ineffabiliter & inſcrutabiliter dixit.* Sic *Auguſtinus.*

Auguſtin. Enucleat. variar. Quæſt. ad Oroſ. q. 23.

Primum, Princeps ac præſtantiſſimum Operum Dei & LVX, quam primo die creauit, cùm dicit Scriptura: Et DIXIT DEVS: *Fiat Lux, & facta eſt lux.* Atque ita ſecreuit lucem à tenebris, imò *è tenebris iuſſit ſplendeſcere lucem.* Fuit autem Lux illa primigenia, non *Angelica natura*, vt opinatus eſt *Auguſtinus*, ſed *maſſa lucida, quæ ſe mouit ab Ortu ad Occaſum, & ita diē perfecit*, donec quarta die in orbem Solis omnis lucis materia compingeretur, vnde reliqua aſtra, *Luna* & *Stellæ* lucem ſuam mutuarentur. In hoc opere primo naturam ſuā declarauit Deus, qui *Lux eſt, & tenebræ non ſunt in ipſo, lucemq; adeo habent inacceſſam*, & *nos filios lucis, lucis opera vult facere.* Secuta ſunt diebus ſubſequentibus reliqua opera Dei; Quatuor Elementa: *Ignis, Aër, Aqua, Terra*, vt hoc noſtrum Ἔμβλημα primum demonſtrat. Etiam VENTI: *Eurus, Auſter, Nothus, Aquilo*; Nam *ex angulis ſuis laceſſit ventos Deus, &c.* Aurigatur *Tempus volatile*, nam Deus cuilibet creaturarum indidit ſua ſemina, & curſum ſuum ἔμφυτον, quem naturaliter retinet, donec ipſi videtur; *Vt cunctis diebus terræ ſementis & menſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcant.* Ipſe autem Opt. Maximus Deus, non diſcedit ab opere ſuo, quemadmodum architectus ab extructa domo, ſed *ſemper operatur*, & *verbo potentiæ ſuæ omnia gerit*, mouet & retardat curſum, prout ipſius *Sapientiæ, cuius non eſt numerus*, videtur, ſemper operans. Hæcque adeo omnia facit, *ſecundum beneplacitum voluntatis ſuæ, PROPTER SEMETIPSVM, ad laudem glorioſæ gratiæ ſuæ*, quod vel Ethnicum illum agnoſcere & celebrare oportuit, quando ita canit:

Lux præſtantiſſimum Operum Dei. *Geneſ. 3. v. 3.* *2. Cor. 4. v. 6.* *Auguſtin. Soliloq. c. 8.* *Luther. Cygn. Cant in Geneſ. c. 1 fol. 14. 15.* *Geneſ. cap. 1. per tot.* *1. Ioh. 1. v. 5.* *1. Tim. 6. v. 16* *Rom. 13. v. 12.* *Epheſ. 5. v 8. 9. 10. & ſeqq.* *Philip. 2. v. 15* *Iob. 36. v. 9.* TEMPVS. *Inde Tempus producit non ager.* *Geneſ. cap. 8. verſ. v. 1.* *Irenæus libr. 3. cap. 42.* *Ioh. 5. v. 17.* *Hebr. 1. v. 3.* *Conf. Ioh. c. 10.* *Iob. 37. & 2. Reg. 20. v. 11.* *Epheſ. 1. v. 5.* *Prou. 16 v. 4.* *Luther. lib. de ſeru. arbitr.*

Hæc cum depoſiti cernebam fœdera Mundi
Præſcriptosq; maris fines, anniq; meatus,
Et Lucis Noctisq; vices, tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui Lege moueri ſydera, &c. Hactenus Claudianus.

Nec infelicius *Xenophon* in Ἀπομνημονεύμασι: Ταῦτα σοφοῦ τινος δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου τέχνημα εἶναι ſc. οἶδα. At noſtra cognitio multo firmior, tanquam ex verbo Dei hauſta, quæ tametſi *Platoni*, aliiſque nihil probare videtur, eſt tamen nobis credentibus diuina Sapientia.

INGENS DIVITIÆ DONVM, TAXATVR abuſus.



Auriga hîc Dolus eſt, vehitúrq́; Opulentia rhedâ.
Gloriæ Equi currus Fraúsq́; Rapináq́; ſunt.
Reichthumb vnd güter vbermaas
Zu Stoltz vnd hochfahrt gibt anlaas,
Tromperie conduit le char de l'Opulence,
Icelle engendre Orgueil; Rapine ſans clemence

Dextrum Vſura tenet; cum Proditione Siniſtrum
Omne Voluptatis Lætitiǽq́; genus.
Ihr gwünſter vortrab voran Zeücht
Gleich gſelſchafft hinden nacher ſchleicht.
Et Fraude bien fort tirent: Vſure au coſte droit,
Plaiſir charnel au gauche ſes compagnes cognoit.

OPVLENTIA carnalis. OPVLENTIÆ carnalis & improbæ effigiem ſecundum cauſas, adiuncta, effecta, &c. heîc habemus illuſtriſſimam. Modus diteſcendi *tur-*
Pſal.17.v.14. *pis ſecul: hominum* per *Equos rhedam carnalis Opulentiæ trahentes* præfiguratus
1.Tim.6.v.9. eſt. Nempe: *Rapina & fraus. Qui enim diteſcere cupiunt, Ius, Fhas, ſuq́; deq́; habent:*
Ex Sueton. c.43. *Bonus odor lucri ex re qualibet. Dum Ius violandum eſt, regnandi gratia violandum*
Ex Plaut. *eſt.* Videas diteſcere cupientes nullo plane humanitatis, nedum honeſtatis adfectu duci. Hi tales ſunt; qui apud Prophetam aiunt: *Quando tranſi-*
Amos 8.v.5. *bit menſis, & venundabimus merces; & Sabbathum, & operiemus frumentum; vt im-*
minuamus;

minuamus menſuram & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas, vt poßideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quiſquilias frumenti vendamus. Qui aliquo honeſtatis ſtudio capiuntur, per fraudes & cuniculos agunt, quod per alterum Equum FRAVDIS nomine ſignificatum eſt. Hi inſidiantur proximi bonis ſub titulo licitorum commerciorum, ſed adulterantur bona quæ vendunt, aut plus iuſto intendunt pretia, aut vtuntur falſis ſtateris, vlnis, metretis & ſimilibus, de quibus ſæpe in Sacris, quod ſint *abominatio coram Deo*. Accedit *Vſura*, quæ plane obarietat Charitati Chriſtianæ, quæ *mutuum dare* iubet & *nihil inde ſperare*, & talibus promittitur *manſio in monte ſanctitatis diuinæ*. Sed de vſuris Luther.* Selnecc. Bullingerus, Danæus, Theolog. Wittemberg. latè. Inprimis autẽ Franciſc. Hotomannus ſui ſeculi lumen lib. de vſur. hęc omnia & eruditiſſ. & copioſiſſ. explicauit. *Cicero* ſane *pro Q. Nullum eſſe officium*, putat, *tam ſanctum, tamq; ſolemne, quod non Auaritia atque Vſura comminuere ac violare ſoleat.* Aurigam *Dolus* agit: *Doloſe enim agit improbus, Diues in omnibus actibus ſuis.* Stipant rhedam ponè retróque *Superbia*. Fortunæ enim huius ſeculi inflant & extollunt oculos, vt diues † *os in cœlum ponat*, & *Deum ipſum non curet:* Sæpe tamen Idolum ſuum contingere non potis, quo vel **abortiuus* præſtat: & irridet Poëta: *Si quis emat cytharas, cytharas comportet*, &c. *Libido* non deficit, vt enim Opulentus alias tenax nimis ſit: nec ſibi beneficus, in libidines tamen profuſiſſimus eſt, exempla odioſa ſunt. Hiſce ſe iungit *Proditio* ſeu verius *Aſſentatio:* Diuiti enim propter offam vel ſacrum nummum aſſentantur, † ſaliuam eius lingunt, dicta eius pro oraculis prædicant. *Vana voluptas* in diuitiis; quemadmodum de *Domitiano* referunt, quod in aureis ſuis pro voluptate inambulare ſolitus ſit. Denique *vana fiducia* gyrum claudit.

Opulentus enim *ſacrificat auro, cor apponit. Spem ponit in caducis diuitiis Deo vero detractam*; atq; adeo *Auaritia Idololatria* fit & *radix omnium malorum.*

ibid. v. 6.
FRAVS.
Leuit 19. v. 35. 36.
Deut. 25. v. 13
Hoſ. 12. v. 8.
Mich. 6. v. 11.
Prou. 20. v. 10
VSVRA.
Deut. 15. v. 8.
Luc. 35. v. 5. 6
Pſal. 15. v. 4.
* Pædagog. in 7. præ.
Tractat. ſingular. Ethic. Chriſtian.
Conſil. peculiar.
Pſal. 10. v. 4.
† Pſal. 73. v. 9
Pſal. 10. v. 4.
Syr. 14. v. 4. 5. 6.
* Eccleſ. 6. v. 3
Horat. Satyr. lib. 2. Satyr. 3.
NB.
Prodigalitas diuitis in Libidinem.
† Adulator.
Dionyſ.
Vide Selnecc. è Diodor. Sicul.
Luc. Poll lib. de vita ætern.
Syr. 31. v. 7.
Pſal. 62. v. 11.
1. Tim. 6. v. 17
Epheſ. 5 & it.
1. Tim. 6. v. 10

FORTVNIS TVIS NE INSOLESCAS.



Invidiam gignit fœcunda Superbia; currum
Dans à contemtu filiolámq; regi.
Hochfahrt gebiert Miſgönſtigkeit,
Sie haſt die Leüt vnd Wird geneidt:
Qui veut eſtre Orgueilleux, donne lieu à l'Enuie
A Curioſité Meſpris et Moquerie:

Oris Equus duri currus non audit habenæ:
Hic nulli cedens perplacet ipſe ſibi.
Will vorn dran ſeÿn: acht niemand nicht:
Daher offt groſer Schad geſchicht.
La Deſobeiſſance, l'Opiniaſtreté,
Et la folle Vantance il n'ha point reietté.

SVPERBIA. Diuitiarum ratio.
Prou 10.v.22
Auguſtin. Epiſt. ad Hilarium. 89.
Matth. 8.v.11
Matth. 13.v. 22.
Luc. 8.v. 14.
Matth. 19. v. 22. 23. & ſeqq.

SVPERBIAM gignit opulentia, Illa INVIDIAM. Gut macht Muth. Diuitiæ quidem corporales per ſe nec malæ ſunt nec noxiæ, ſed *bonum Dei donum*: Nam *Benedictio Domini diuites facit.* Tum quoque Sancti Dei homines, cum quibus vel nos *in regno cœlorum diſcumbemus*, citra pietatis ſalutisq; iacturam magnas opes facultatesque huius æui poſſederunt. *Spinis* tamen aſſimilat *Dominus Saluator*, periculoſum eſſe eas tractare innuens. Quare *quibus diuitiæ affluant*, opus eſſet ſumma cautione, vt ita vtantur, vt ne abutantur. Quid igitur in opulento improbo homine maximè taxatur? PRIMVM: *Superbia*, quod hiſce ſuis fortunis tanquam ſuis ſuperbit, glorioſe efferi,

fert, ſupercilia alta gerit, non penſi habens illud Apoſtolicum: *Quis te prætulit?* SECVNDVM. *Inuidia,* quod aliorum bonis inuidet, & vel dimidium bonorum ſuorum poneret, vt ne quidquam proximo ſupereſſet, adeoque *alterius rebus marceſcit opimis,* quo *maius tormentum reperiri non* poteſt. Adde *Iactantiam,* quod bonis ſuis tacitus frui non poteſt, iactat inſuper & gloriatur, inſtar felis os rodentis, quale erat illud *Nabuchodonoſoris: Nonne hæc eſt Babylon, ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei:* Itidem *Rex Ægypti: Meus eſt fluuius, & ego feci,* &c. quando *ex abundantia cordis os loquitur Magnifica,* &c. Quibus accedit *Curioſitas,* quod opulentus ac ſuperbus omnia rimatur, nihil ſe vult latere, & in omnium conſiliorum adyta inuolare vult. Et *Pertinacia,* numo ſe omnia iura præuertere poſſe præſumens, ſecundum illud: *Pecuniæ obediunt omnia,* ac proinde *Deum non timens, nec curans homines,* quemadmodum de illo *iniquo Iudice* Euangelica hiſtoria teſtatur; & tale quid ſonant ſuperba & impietatis pleniſſima verba *Pharaonis* Regis Ægypti, dicentis: *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſraël? Neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam.* O blaſphemum ac ſuperbum furorem! *Inobedientia* etiam comitatur hunc currum, non enim bonis monitis audit Diues ac Superbus, quod vel ex vnico *Epulonis* in inferno exiſtentis reſponſo liquet; Aienti enim Abrahæ: *Habent Moſen & Prophetas, audiant illos;* ipſe regerit: *Non Pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis reſurgens ipſos acceſſerit, reſipiſcent & ad frugem redibũt.* Sed moderatrix omnium actuum opulenti ac ſuperbi eſt *Contemptus* ac *Deriſio: Es iſt jhnen niemand gut genug;* Omnes tranſuerſis tuentur oculis, nec dignos habent qui corrigias calceamẽtorum ſuorum ſoluant, in corde & ore verſant illud Phariſaicum: *Neq; etiam vt publicanus iſthic!* Magnum hoc crimen eſt: *Qui enim faſtidit Pauperem, dehoneſtat creatorem ipſius.*

1.Cor.7.v.31.
Abuſus diuitiarum.
Bernhard. Epiſt.42.
1.Cor.4 v.7.
Timoth. lib.
Saluiano adiect.1.ad Eccl. Cathol.
Horat. Serm. lib.1.
Anſh. in Ep. ad Rom.
Luc.12. v.12.
Iactantia.
2.Tim.3.v 4.
voc. τετυφωμένοι.
Dan.4.v.27.
h. arx ſplendida.
Pharao Necho.
Ezech.29.v.3 & v.9.
Matth.12.v.34.
Pſal.12.v.4.
Luc.18.v.1.2
Exod.5 v.2.
Diues impius non auſcultat bonis monitis.
Luc.16 v.29
ibid.v.31.
Pſal.31.v.19.
Luc.18.v.11.
Prou.17.v.5.

SVPER-

SVPERBVS SIBI BENE ESSE, MALE *vult cæteris.*



Inuidiæ proles Bellum eſt, vbi regnat iniquum:
Selectos ſatagit flectere Liuor equos,
Auriculas falſo ſermone Calumnia replet,
Perturbat mentes Inquietudo malas.

Miſsgunſt erreget Krieg und Streit:
Da laufft viel Vngerechtigkeit
Mit vnder Vnruh, falſch Geſchrey,
Bitterkeit, Böſheit mancherley.

La ou regne l'Enuie, la Guerre n'eſt pas loin
Aupres eſt malveillance des cheuaax qui du foin
Ne mangent, Mais Meſdit l'vn, l'autre Calomnie,
Troublement ſans Repos accompagne l'Enuie.

INVIDIA.
Lucan. lib. 1. de bell. ciuil.
Thom. Aquinas in ſecund. 2. quæſt. 36.
Bernhard. Serm. 13 in Pſalm. 15.
*1. Cor. 13.**
Cyprian. lib. de liuor. & inuid.
Ioſeph Α᾽μήχανον [ἀδύνατον] ἐν δυσπραγίαις φθόνον διαφυγεῖν.

SVperbia parit Inuidiam, hæc Bellum. Dū enim ſola aliquid eſſe, ſola regnare appetit, riualem ferre non poteſt. Vt *nec Pompeius parem, nec Cæſar priorem ferre* ſuſtineat. Quantū hoc! ſed heu! quàm cōmune crimen! Oculū amittere velle, vt proximus vtroq; priuetur. Hoc ſcelus Charitatē planè pellit & extrudit: Illa enim οὐ ζηλοῖ. οὐ περπερεύεται οὐκ ἀσχημονεῖ. οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. οὐ λογίζεται κακόν. οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, &c. Inuidia autem proprium cor edit. Excitat BELLA. Nam quēadmodum ἰσότητος ſtudium πόλεμον οὐ ποιεῖ, ita vbi inuidia regnat, quies & pax ſupereſſe non poſſunt. *Equos* impellit *LIVOR*, fidus Inuidiæ adminiſter. Inuidus enim, quibus penes ſe bene eſſe videt, hos flammanti perſequitur odio, & felicitati proximi, quoquo modo poteſt, contrauenit. Egregia eſt Inuidiæ Proſopographia apud *Ouid.* qua mores & peruerſum ingenium Inuidorum abundè deſcribuntur in hunc modum:

Pallor

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes. Ouid. lib. 2 fab. 15.
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores.
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo,
Succeſſus hominum, carpitque & carpitur vna,
Suppliciumque ſuum eſt, &c.

Quis Inuidorum naturam, mores, ingenia, & adfectus magis graphice deſcribere, aut quis *Zeuxis*, quis *Apelles*; quis *Parrhaſius*; quiſue *Durerus* penitius depingere potuiſſet? *Maleuolentia* agitat Equos. *Nemo enim alterius virtuti inuidet, qui ſuis confidit.* *Detractio* & *calumnia* Equi præferoces & ἀχάλινοι trahunt rhedam *Inuidiæ*. Vt enim alterius virtutem obſcuret inuidus, denigretue famam, detractione & calumnia opus habet, quibus tamen ſæpe id efficit, quod qui manu candelam emungit; digitis enim emungentis præuſtis, candela eo clarius lucet, & radios innocentiæ virtutiſque eo longius latiuſque exporrigit: Ipſi autem *Inuidiæ* eo magis adnaſcitur perturbationis & inquietudinis: Omnia enim alia vitia foris & extra ſe nocent, ſola inuidia ſibi ipſi nocet, & perpetuos Torrores, perturbationem & inquietudinem ſibi creat, vt recte Auguſtin: *Inuidus vir ſimilis eſt naui, quæ iactatur in fluctibus maris, in perturbatione ſemper eſt, inſanit inaniter, in miſeria detinetur, furore plenus, particeps Dæmoniorum efficitur, &c.* quæ omnia præſens Tabella accurate contemplantibus & penſiculatim conſiderantibus abunde commonſtrabit.

Georg. Sabin. Comment. in Ouid.
Subiectum Inuidiæ homines ſordidi & ἀνελεύθεροι.
Simil. accommodiſſ.
NB.
Epl. III. ad Julian.

B INVIDIA

EX INVIDIA CONTENTIONES. diſſidia, BELLVM.



Heu mala quot Bellum comitantur, quanta ſequuntur,
Currum vbi Vindictæ flagra Furoris agunt;
Perditio certa eſt: agitur crudelibus armis:
Rixæ, blaſphemans Lingua, Famésq; comes.

Krieg Zu mangel bald gibt Vrſach:
Woman ſich fleiſigt eigner Rach,
Da iſt Grim, Marter, Zorn vnd Fluchen,
Samt Hunger vnd Kummer Zuſuchen.

La Guerre puis apres Pauvreté nous engendre,
Et Noiſe et Cruaute. Le Blaſpheme eſt ſon gendre,
La Faim ſuit, la Furie conduit Perdition,
Qui le Chariot tire auec Deſtruction.

BELLVM Binder in Theſſ. de Bello. Incommoda belli. ἀπόλαυσις. Terent. in Eunuch. Act. 4. Sen. 7. Improbi mores huius Aeui.

INVIDIA parit BELLVM, Bellumque INOPIAM. Bellum ſane res bella non eſt. Nec enim erant bella, cum omnia adhuc eſſent bella. Tot mala ſunt bello, rutilo quot ſidera cælo, qui arenam maris, ille etiam incommoda belli percenſere poterit. Non ſentimus cum fanaticis ſpiritibus, qui ad arma conclamare omnino improbum ac illicitum eſſe ſtatuunt: *Omnia tamen prius verbis ac ſapienti conſilio tentanda erant, quam ad arma procurreretur.* Quemadmodum non adhibetur ſectio, dum alia adhuc ſuperſunt media: Ita dum alio mitiori modo res tranſigi poterat, ad arma non erat proruendum, ne merito obiiciatur illud; *Furor arma miniſtrat.*

ſtrat. O quam nullo omnino deliberatu arma ſuſcipiuntur! & fraternus funditur ſanguis! quanto rectius ſentiebat Imp. ille: *Malle ſe* (dicens) *vnuum ciuem ſeruare, quam mille hoſtes perdere.* Laudabiliter ſane & glorioſe Dux ille Saxoniæ, cui, cum vrbem Erphurdianam quidem Pyrgopolynices promitteret, ſi quinque viros deponeret, reſpondit: *Ne vnum quidem.* (Es were mit einem zu viel/ *&c.*) Charior nobis humanus imo fraternus ſanguis eſſe debet, quam illis apud Agell. lib. 3 c. 7. eoque non tam temere ducendus, vt fundatur, vt & Dauid 2 Sam. 11. & 12. c. Inprimis autem conſtringenda erat petulantia militum, per fines amicorum tranſeuntium, exemplo *Iſraelitarum*, tranſitum per Idumæos petentium. Recte ſane *Aurelianus Imp.* qui militem (hoſpitæ ſuæ vitium per vim offerentem) duabus arboribus illigauit, quæ poſtmodum ſolutæ, medium diſcerpſerunt nebulonem, quæque ipſius in ſeruanda militari diſciplina æqua ſeueritas fuerit, ex oratione eius ad tribunum, quæ apud Vopiſcum reperitur, videre eſt. Et *Alexand. Imp.* qui cum aniculam quandam iniuria adfectam à milite audiſſet, exauthoratum eum militia, ſeruum ei dedit, quod artifex carpentarius eſſet, vt eum paſceret. *Cauſſa efficiens* belli Aurigæ titulo notatur *Furor*, pauca enim bella deliberate inſtaurantur, plerumque fit verum: Furor arma miniſtrat. Et rixa, ob rem ſæpiſſime leuiuſculam. *Lepus captus eſt: Ceruus cuſpide confoſſus: Limites latum vnguē præteriit*, & quæ ſunt ſimilia. Huc accedit libido dominandi quam etiam poeta reprehendit ac deplorat. de qua ſæpiſſime. *Modus* agendorum bellorum ſæpe peruerſiſſimus eſt, & non niſi execrationibus, blaſphemiis belligeratur, illi ſæpe pro Veteranis & fortiſſimis habentur, qui multa vulnerum & ſacramentorum millia eructare perdidicerunt, quod inprimis præſens noſtrum ἔμβλημα perſtringit. *Finis* ſiue Exitus, Euentusue geſti belli tandem eſt: Perditio, Vaſtitas, Inopia, Fames, & turpiſſima malorum lerna, *vt victus fleat, & victor doleat.* Abacta armenta. protritæ ſegetes. trucidati coloni. exuſtæ villæ. exciſæ vrbes. adempta bona omnia. omnia adhuc plena metu. omnia ſanguine tepent. omnia plena conſternationis, luctus, quærelarum, lamentorum. conſtupratæ virgines. vim paſſæ honeſtæ matronæ. iuuentus ad ſeruitutem abrepta. facti orphani ac viduæ.

Nihil enim tam turpe, nihil tam crudele, nihil tam horrendum aut immane, quod non effrenis militum petulantia deſignare auſit.

Ex Iul. Capitolin in Anton. Pio.

Philip in Chronic lib. 3.

in eod.

Hiſtor. Duc. Saxon. Ex Luther. Tom. VII. Ienenſi German.

Monitum omnium maxime neceſſarium.

Numer. 20. v. 17.

Philip. in Chron. in Aurel.

AEl. Lamprid. in Alexand. Seuero.

Furor belli cauſſa.

Frangit & attollit vires in milite cauſa.

Auguſt. lib. 2. contra Fauſt. c. 74.

Senec. de Ira lib. 2. c. 24.

Quis hic expectandus euentus.

Euentus bellorum, vt h. vid Chiliad. Eraſm

Auguſt de ciu. Dei lib. 1. cap. 5.

Ex li 3. c. 18. Ex Auguſt.

Pezel. in Geneſin.

CVNCTA VORAT BELLVM VAſtoque abſumit hiatu.



Manſueti hinc, humiles, tolerantes atq modeſti
Reddimur, ex alto vertice Chriſta cadit,
Mangel lehrt ſein Demütig ſeÿn:
Wo man nicht Weis Wo aus noch eÿn,
La plus docte Maiſtreſſe des hommes Orguelleux
C'eſt Pauureté qui Humbles fait tant ieunes que vieux:

Si deſint vires, vana eſt ſine veribus ira,
Majus, quàm valeas ferre, relinque iugum.
Sein eigen unvermögn betracht,
Aus Noth ein Tugend wirt gemacht.
Ici tirent ſon char Maladie et Foibleſſe,
Patience conduit Seruitude qu'on bleſſe.

HOPIA. BELLVM parit INOPIAM, hæc humilitatem: finito bello omnia ſunt ſubruta & exhauſta. Exhauſtus eſt fiſcus. Exhauſtæ priuatorum opes. Subuerſæ vibes & oppida, ſuccenſa granaria, protritæ ſegetes. Et

Virgil. lib. 11. Idemque lib. 2. Æneid. nil niſi vaſtitas apparet & perditio. Vere enim *Maro*:

NVLLA SALVS BELLO. Et iterum:

Vra ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Tum habenæ porriguntur Tortori, cui FRAGILITAS famulatur.

Ælian. lib. 7. variar. hiſtor. Et ſubſequitur ÆGRITVDO animi inprimis, vt quid, faciasue, aut occæptes, ignores. Egregie me hercule videntur hæc omnia in *Pompeio*, poſt-

poſtquam à *Iul. Cæſare* in pugna Pharſalica victus eſt. Veniens enim Athenas ad Cratippum, diſputat cum eo: Qui factum ſit, quod in bona cauſa ſuccubuerit. Quid fuit iſtud, quod mucronem *Sauli* in viſcera adegit, certe vna & ſola ægritudo animi, indeque nata deſperatio. Eloqueretur *Xerxes*, qui exercitu & copiis ſuis etiam maria exſiccare poſſe dicebatur, cum amiſſa vniuerſa Armatura vix ſcapha elaberetur, & turpi fuga ſalutem vitæ quæreret, præque animi anxietate & ægritudine demum ſentiret, vnius Democratis conſilium fuiſſe optimum ac fidiſſimum. De *Franciſco I.* Galliarum, quanta animi ægritudine laborarit poſt amiſſam pugnam ad Ticinum, nemo in hiſtoriis tam hoſpes eſt qui ignoret. *Albertus* ille *Marchio Brandenburgico Onoltzbacenſis*, tametſi ſemper inuicti animi ac roboris Princeps fuerit, & dolori haud facile ſuccubuerit, non ignotum tamen eſt, quanta animi ipſum ægritudo cæperit, cum poſt amiſſam victoriam in agro Lunæburgenſi apud adfinem Durlacenſem Marchionem exularet. Pauciſſimos ſimiles reperies glorioſiſſimo ſuperioris ſeculi Imp. *Carolo V.* qui in qualibet fortuna ſibi ſemper ſimilis & conſtans fuiſſe prædicatur. Talis etiam animorum magnitudo fuit captiuorum glorioſiſſimorum principum *I. Fridrici electoris Saxoniæ* & *Philippi Heſſi*, quod in perpetuitatem laudis, ſi non ſplendidiſſimi Martyrii gloriam de ipſis latere nullo modo debet. Soboles animi Ægritudinis eſt *Debilitas corporis*: quemadmodum enim *animus hilaris iuge conuiuium* eſt, ita *ægritudo animi conſumit medullas*, & ægritudinem debilitatemque corporis accerſit. Tum demum addiſcitur *Patientia*, quæ ſi à capite belli adhibita fuiſſet, & nonnihil conceſſum Paci ac Tranquillitati, plurima euitari mala potuiſſent. Vere enim ſapientiſſimus: *Patiens robuſto præſtat.* Reſultat etiam inde pretioſiſſima *Humilitas*, de qua in ſequentibus plura. Sequitur ſæpiuſcule etiam turpis *ſeruitus*, vt in exemplis atque hiſtoriis videre eſt. *Nam quid* (alias) *interſit, quod alii victi ſunt, omnino non video, præter illum gloriæ immaniſſimum factum, in quo perceperunt mercedem ſuam, qui eius ingenti cupiditate arſerunt, & ingentia bella geſſerunt. Cum homo ab homine ſuperatus iure belli poſſet occidi, ſeruatus eſt, vnde ſeruitus corporalis & mancipia.*

2 Sam. 1. 4. 5. &c.

Ex Iuſtino refert Selnec. in 8 præcept. in Pædagog.

Ex Sleidano.

Item ex Sleid. refert in Epitom. Hiſtor. Sorleſt. Oſiand.

Refert Sleid.

Prou. 14. v. 30. c. 18. v. 14.

Prou. 16. v. 32.

Auguſt. de ciu. Dei libr. 15. cap. 6.

Ex li. 1. quæſt. ſup. Geneſ.

Μυελομάκαρες οἱ καὶ νοῦν καὶ οὐσίαν ἔχοντες.



Diſcordans raro faciunt æqualia Bellum: Ipſe Auriga Metus nunc huc, nunc diſpicit illuc,
Majori paruum cedere ſepe juvat. Accedunt comites Spes, Amor atq; Fides.
Demütigkeit bald Frieden ſchafft: Wo Forcht iſt andre zu beleijden,
Wan Glaub vnd Lieb beÿſamen hafft, Das macht verträglich vnd beſcheiden.
Humbles les ajant faits, la Paix ne peut que ſuiure, Modeſtie eſt conioincte à d'eſprit la Douceur,
Crainte conduit Douceur, l'Eſperance fait viure, Et la Foy eſt ouurante par Charite de coeur.

HVMILITAS. INOPIA parit HVMILITATEM. hæc Pacem. Quos deficit οὐσία, de-
Gregorius. ſtituit & νοῦς. Nam ſuperbus animus ſine facultate vanus eſt. Humilitas
Laus Humilitat. Chilon. virtutum Regina eſt, & propria bonorum electorumue nota, quemad-
Lacedam. modum ſuperbia propriiſſima reproborum nota eſt. Eſt hæc omnino
Pſal. 113. v. 5 6 *Diuinitatis æmula* virtus. *Deus* enim, vtut *excelſus* ſit *ſuper omnes Deos, humilia*
tamen reſpicit. Ipſi * *Angeli* huius maxime virtutis ſunt ſtudioſi. Namque
** Auguſtin. Epl. III. ad* velut *Superbis reſiſtit Deus, eoſque humiliat*, ita *Humilibus dat gratiam, eoſque ex-*
Iulian. vid. inſign. loc. *tollit*. Et columbis vt accidit, quando pennarum fulgorem oſtentant, ab
Eſa. 6. v. 2. accipitre in inſidiis capiuntur, quem recto volatu facile præuertere cele-
Luc. 14. v 11. 12. ritate ſua ac ſuperare poterant: Ita ſuperbi omnibus Satanæ tentationi-
1. Pet. 5. v. 5. bus exponuntur, atque adeo facile ſuperantur & deiiciuntur.

Dum

Dum Deus ad celſos humiles extollit honores,
Qui ſua commendant fata regunda Deo.

Vbi vera Humilitas habitat, ibi hoſpitant aliæ pulcerrimæ virtutes plæræque: *Pax*, inprimis: Humiles enim *ſectantur pacem & quantum in ipſis eſt, cum omnibus pacem colunt*. Sunt tractabiles, & *irritari ſe* haud facile permittunt, *ſemper pauent*, vt ex Auriga noſtro, qui METVS eſt, perſpicitur. Ancillatur *Spes*, *Anchora firmiſſima*, & *ad adipiſcendam benedictionem omnino neceſſaria*. Rhedam trahunt *Manſuetudo, Manſueti enim poßidebunt terrã*. Et *Modeſtia*, quæ docet μὴ ὑπερφρονεῖν, ſed *ex vera charitate ſibi quosuis præferre docentis*. Stipat *Fideles* dulcis genetrix & nutricula Humilitatis, *Charitaſque*: qui enim toto corde humiles ſunt, ſeſeq; demittunt, amant etiam. Dicam verbo: *Humilitas* inter Virtutes palmam obtinet. Dico autem de vera humilitate, non illa humilitatis Larua, quam multi forinſecus præ ſe ferunt, intrinſecus autem turpiſſimum Superbiæ & effrontis Faſtus monſtrum alunt. Quæ eo turpior ſuperbia eſt quo magis ſe ſub Humilitatis nomine venditare geſtit. Concludam Hieronym. dicto illo illuſtriſſimo ad Celantiam: *Nihil, inquit, habeas humilitate præſtantius, nihil amabilius. Hæc eſt enim præcipua conſeruatrix, & quaſi cuſtos quædam virtutum omnium: nihilque eſt, quod nos ita & Hominibus gratos & Deo faciat, quam ſi vita merito magni, Humilitate infimi ſimus. Propter quod ſcriptura dicit: Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Veruntamen humilitatem ſequere, non quæ oſtenditur aut ſimulatur geſtu corporis, aut fracta voce verborum, ſed quæ puro adfectu cordis exprimitur. Aliud enim eſt virtutem habere, aliud virtutis ſimilitudinem, aliud eſt rerum vmbram ſequi, aliud eſt veritatem. Multo deformior eſt illa ſuperbia, quæ ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet; Neſcio enim quomodo turpiora ſunt vitia quæ virtutum ſpecie celantur.*

Humilitas index omniũ virtutum.
1.Pet.3.v 11.
Rom 12.v.18
1.Corint.13.v.5.
Prou.28.
Heb.6.v.19.
Matth 5 v 5.
Rom.12. v.3.
Phil.2.v.3.
Humilitas, diſtinct. in veram Fidẽ.
„ *Bernhard.*
„ *in Cant.*
„ *hic regnat.*
Hieron. Epl. ad Celant. frat pie viuendi.
Syr.7.v.20.

Humili-

HVMILITAS CORONA VIRTV- *tum, genetrix ὁμονοίας.*



Has vbi coniunctas inter ſe cerno Sorores,
Aurea Saturni ſecla rediſſe puto.
Pace vigente vigent artes, agriq; coluntur;
Et lætus fruitur quisq; labore ſuo.

WanFried regiert, iſt alls vollauff,
Die Lieb ſchreit fort in vollem lauff;
Die Warheit ſamt Gerechtigkeit
Geneüſt ihrs Fleis in Eynigkeit.

Enfin Paix Opulence rendre vient aux humains,
Qui ſur Amour couronne preſente de ſes mains,
Verite va deuant, et Profit et Concorde:
Et puis Sedulité a Iuſtice ſaccorde.

PAX. HVMILITAS parit PACEM. Pax OPVLENTIAM. Hic claudi-
tur gyrus. Ordiendum enim erat à primo. Pax parit opulentiam. Et
1.Reg.4.v.25 vere hoc quidem. Nihil enim Pace opulentius, quando quiſque *ſub ficu*
Zach.2.v 10 *& vinea ſua*, quemadmodum ſpiritus Sanctus loquitur, ſecure habitare
Pax eſt poteſt. Ibi arantur & conſeruntur agri. Exercentur artificia & opificia.
κέρας Ἀ- Deus ſecure colitur. Clamant Leges. Exercetur Iuſtitia, & bona ſua Deus
μαλθείας. diuite effundit cornu. Vnde recte *Pax Aurea, Pax opulenta, &c.* denomina-
Concordia res parvas creſcere, Saluſt. tur. Eſtque adeo *pacis* prorſus *inæſtimabile bonum*. Vt Poeta exclamat:

Pax Optima rerum
Quas homini nouiſſe datum eſt: Pax vna triumphis
Innumeris melior, pax cuſtodire ſalutem
Et ciues æquare potens. Et iterum
Pacem te poſcimus Omnes.

Vt *Pacis* etiam *nomen ſuaue* ſit, quemadmodum *Hilarius* alicubi loquitur: Ibi *aurea* florent *ſecula*: Quando *Miſericordia & Veritas obuiant ſibi*: *Iuſtitia & Pax oſculantur ſeſe*: *Vbi Veritas de Terra oritur, & Iuſtitia de cœlo proſpicit. Ibi Dominus dat benignitatem, & terra dat fructum ſuum*, vt Pſaltes loquitur. Quare *Paci, quæ nihil habet inſidiarum, ſemper conſulendum eſt.* ait Phænix eloquentiæ Latiæ. Et recte ad *Cyrum Crœſus, Nemo*, inquit, *ita amens eſt, vt bellum quam pacem præoptet. Nam in pace filii Patres, in bello patres filios ſepeliunt.* Vtinam igitur omnes obſeruarent illud glorioſiſſ. Imp. *Martiani*: *Donec licet Principi in Pace viuere, non decet eum arma ſumere.* Plane beluinum eſt, bellum velle, reſpuere Pacem. Opulentia excuſſa & proſcripta accerſere Inopiam & omnium rerum egeſtatem. *Tantum* enim *eſt Pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil poſtremo melius poſſit inueniri*, vt *Auguſtin.* loquitur. Propter quod vnumquodque tale eſt, aiunt, illud magis eſt tale. Bellum propter pacem ſuſcipitur. Pax igitur bello præſtet oportet. Pax opulentiam parit. Pax eſt inſtar pluuiæ aureæ, ſeu eius quæ per iridem delabitur, & omnium eſt fructuoſiſſima atque optima, quemadmodum autor eſt Plinius, Naturæ intimus myſtes. Et Ouid. in Metamorphoſ. Pax parit *Amorem.* Amori famulatur VERITAS. Rhedam trahit *Concordia, vbi promittit Dominus benedictionem, & vitam vſque in ſeculum.* Quanta igitur Pacis Vtilitas? vt cum Poeta merito libeat exclamare:

Frondibus Actiacis comptos redimite capillos,
Pax ades, & toto mitis in orbe mane!
Dum deſunt hoſtes, deſit quoque cauſſa triumphi,
Tu Ducibus bello gloria maior ades!

Nobis vero, qui Chriſtiani cluemus, eo maior Pacis cura incumbit, quo alacrius ſub Pacis Principe Domino Saluatore noſtro Ieſu Chriſto meremus. Plane enim contra profeſſionem noſtram venimus, quando non neceſſariis bellorum tumultibus, vt *Ioſias*, implicamur. Votum vltimum noſtrum eſſe debet: *Da pacem Domine in diebus noſtris, quia non eſt alius qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter.*

in bello Iugurthin. teſtatur.
Virgil AEneid. lib. 11.
Hilar. lib de Trinit.
Ouid. libr. 1. fab. 3. 4. &c.
Pſal. 85 v. 11. 12. 13. 14. Et Pſal. 133. v. vltim.
Cicero lib. 1. Offic. ibi. Atque in Rep.
Herodot. li. 1.
Pompon. Lat. in Martian.
Lucan lib. 2. Exceſſit medicina modum, &c.
Auguſt de Ciu Dei lib. 19. c. 11.
Auguſt. lib. 19. de ciu. Dei cap. 12.
Pſal. 133. v. 3. vlt.
Ouid lib. 1. Faſtor.
Pax triumphu potior.
Eſai. 9. v. 6.
2. Reg. 23. v. 29.
2. Chronic. 35. v. 20.
Eſai 39. v. vlt.

VERÆ SAPIENTIÆ HYPO-typoſis.



Vrbum trade Dei: da Sacramenta Popello:
Aſſiduas puro pectore funde preces:
Lehr Gottes Wort, vnd beth mit fleis,
Geb Sacrament nach Chriſti gheis:
Adminiſtre de Dieu au peuple la parole
Les Sacrements auſſi, prie Dieu, fuj l'Idole:

Aſtu ſis Serpens: ſis Simplicitate Colamba;
Gratus et acceptâ dote Miniſter eris.
Die Schlang vnd Daub Zuſammen füg,
So biſt ein Knecht des Herrn ohn trug.
Prudence ſerpentine, colombine rondeur
Conjoin, ſi tu veux eſtre fidele Seruiteur.

Epiſtol ad Celant. de recta ratione viuend. REcte B. Hieron. *Aliud eſt Virtutem habere, aliud Virtutis ſimilitudinem: aliud eſt rerum vmbram ſequi, aliud veritatem.* De *Sapientia* diu multumque à multis diſputatum, ſed pauci veram ſapientiæ ſubſtantiam ſunt adſecuti. *Diſtinct. Sapient.* Stultitiam ſimulare loco ſapientia ſumma non eſt: tametſi etiam Dauidi profuerit. *Ierem. 9. v. 24.* Artem arte deludere, vera ſapientia non eſt. πολιτικὴ, quam vſus gignit, vt Afranius vetuſtiſſimus loquitur; Sapientia ſaluifica non
„ eſt. Effectus veræ ſapientiæ eſt, Columbina ſimplicitas. Serpentina pru-
„ dentia. Et agnina manſuetudo atque patientia, vt tabella monet: *Vera*
Thales Mileſius. autem *Sapientia eſt agni. i. Dei*, docente id ipſo Domino Deo Opt. Maximo apud

apud Prophetam: *Ne glorietur Sapiens in ſapientia ſua, neque glorietur potens in potentia ſua, neque glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur quod gloriatur, ſe intelligere & cognoſcere me, me eſſe Iehouam exercentem benignitatem, ius & iuſtitiam in terra, quia illis delector, dictum Iehouæ:* Moderate quidem *Thales Mileſius*, cui cum (iuſſu Apollinis) menſa aurea tanquam (τῷ σοφωτάτῳ) daretur, reſpuit ille, & ipſi Apollini dari iubebat, ſed larua tantum ſapientiæ & moderationis illa fuit. *Principium ſapientiæ eſt reuereri Dominum. Plenitudo ſapientiæ, reuereri Dominum. Corona ſapientiæ, reuereri Dominum, progerminans* pacem *& incolumitatem ſalutarem. Radix ſapientiæ reuereri Dominum. Si cupis ſapientiam, obſerua mandata, & Dominus eam ſuppeditabit tibi. Sapientia enim ac eruditio eſt reuerentia Domini. Improbitatis autem ſcientia non eſt ſapientia, neque eſt prudentia, vbi conſilium peccatorum eſt. Cognoſcere Dominum abſoluta eſt ſapientia, & noſſe potentiam eius, eſt radix immortalitatis.* Ea ipſa autem *ſapientia, datur à Deo*, quare *ſi quis ea indiget, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* Regibus olim Perſarum adiungebatur *præceptor ſapientiſſimus*, vt inde ſapientiam diſceret, rectius autem Regum ſapientiſſimus & ſapientiſſimorum Rex *Salomon*, à Deo petebat ſapientiam *ad recte regendum populum Domini. Medium adipiſcendæ ſapientiæ* eſt VERBVM *Domini*, quo *ſapientiores efficimur omnibus aliis*, vt Regius Pſaltes monet. *Illa ſapientia foris recantat*, (id eſt, publice prædicatur, eſt ſicut *Lux in candelabro*, ac *ciuitas in monte*, ſonatq; in verbo ac ſacramentis: auditur de ſuggeſtu: cernitur in baptiſmo ac S. Euchariſtia. Talis eſt, quæ neminem fugere poteſt, ſi ſpiritui veritatis velit obſequi:) *in plateis edit vocem ſuam. In ſummo turbarum proclamat, ad fores portarum, in ciuitate quoque ſermones ſuos eloquitur: Accedite ad me qui cupitis me, & fructibus meis, quos gigno, implemini. Nam memoria mei dulcior eſt melle, & hæreditas mea, fauo mellis. Qui comedent me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc erunt ſitientes mei. Qui auſcultat mihi, pudore non adficietur vnquam, & qui colunt me, non aberrabunt. Ieſus Chriſtus eſt nobis factus à Deo ſapientia.* Illa eſt *ſapientia noſtra coram omnibus populis.* Quicquid ſapientiæ nomine extra hunc venditur, *damnabilis ſtultitia eſt.* Quare concludimus cum *B. Auguſtino: Non aliam putes eſſe ſapientiam, niſi veritatem.* [Et Ieſus Chriſtus eſt VERITAS] *in qua tenetur & cernitur ſummum bonum. Nullo loco abeſt, nuſquam deeſt, foris admonet, intus docet, in ſe omnes in melius commutat, à nullo in deterius commutatur: nullus de illa iudicat, nullus ſine illa bene iudicat.* Hactenus *Auguſtinus*: Et optima ſapientia eſt: Prudentem eſſe ſicut ſerpentem, ſimplicem ſicut columbam, mitem ſicut agnellum ac patientem.

Solon! O mi nunquam ſapientem!
Syr. 1. v. 13.
ibid. v. 15.
ibid. v. 18.
ibid. v. 20.
ibid. v. 26.
ibid. v. 27.
Syr. 19. v. 19.
Sap. 15. v. 3.
Iacob. 1. v. 5.
Herodotus & Iter.
Plato in Alcibiad.
1. Reg. 3. v. 9.
Syr 6. v 37.
Pſal 119. v. 98. 99. 100. & ſeq.
Prouerb. 1. v. 20.
Syr. 24. v. 26.
ibid. 27. 28.
ibid. v. 29.
ibid. v 30. 31.
1. Corinth. 1. v. 31.
ibid.
Auguſt. de lib. arbitr.
Iohan. 14. v. 6.
Auguſt. de ciu. Dei.
Matth. 10. v. 16.

 Iuſtitia

JVSTITIA EST ANIMA POLITI-
cæ conuerſationis.



Si Sophies habitu munitum pectus habebis:
Iuſtitiâ prudens ſiduce cuncta geres:
Criminibus pœnas; iuſtis da præmia factis,
Munia ſunt verè Principis iſta boni.

Nach Weisheit trachten: Gerechtigkeit
Handhaben: nach gelegenheit
Das bös ſtraffn; Guts belohnen gern,
Steht ſehr wol an Furſten vnd Herrn.

Sois orné de Prudence; la Iuſtice maintien
De Douceur temperée louë ceux qui ſont bien
N'oublie de punir gens de mauuaiſe vie:
(Fidele Magiſtrat) ne ſay rien par enuie.

Roman. 13. v. 1. & ſeq. plurib.

D. Apoſtolus, Gentium Doctor, dum & Magiſtrum Principatumque omnem à Deo eſſe ſcribit, & munia legitimæ poteſtatis deſcribit, inter alia ſic infit, *Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem; Bonum fac, & habebis laudem ab ea. Dei enim miniſter eſt, tibi in bonum, ſi autem malum feceris time: Non enim ſine cauſſa gladium gerit, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit.* Nimirum duplici fini ciuilis ſocietatis ſeruit magiſtratus: *Protectioni bonorum: Iuſtæque animaduerſioni in malos.* Hunc ſibi propoſitum ſcopum habeant, Dicundo qui iuri, exercendæque iuſtitiæ ſunt præfecti: Nam eam ob rem etiam ipſe Deus nomen

Magiſtratus ad quid inſtitutus ſit.

NB.

men cum ipſis ſuum participat, vt *Deos* vocet. Ipſeque adeo in omnibus ipſorum conſeſſibus primos captat accubitus, vbi non minus pie quam prudenter ſuos iudices monet rex *Ioſaphatus*. Quare quemadmodum boni omnino contra iniuſtam vim tutandi ſunt, ita malis nullo modo parcendum, *Bonis enim nocet, qui malis parcit*, vt minus recte. Verum cum duæ capitales iuſtitiæ peſtes ſint: *Proſopolepſia* & *Dorophagia*, ab vtraque ſtudioſe, pie ac ſollicite cauendum pio iudici. *Proſopolepſia* ſeu *acceptio perſonarum* ſæpiſſime in ſacris prohibetur: *Non aſſumes perſonas. Oculus tuus non parcet. Ab ara mea tolles, vt interficias. Maledictus qui gladium cohibet, ne effundat ſanguinem.* Sic infit *Spiritus*. *Dorophagia* etiam & *acceptio munerum* cum per dicta tum per exempla damnatur, vt inprimis in *filiis Samuelis* videre. *Qui* autem quoquo modo aut quauis de cauſſa *iuſtificat impium & condemnat iuſtum, abominatio eſt coram Deo*. Δωροφαγία etiam *natura* deteſtandum vitium imo ſcelus ac flagitium eſt, vt videre eſt in exemplo *Cambyſis* (monſtri alioquin Hominis) qui Δωροφάγον *Siſamnem* excoriari, cutem in tribunal expandi, & filium eiuſdem Siſamnis Otanem in tribunali conſtitui iuſſit, vt pellem patris intuens recte iudicaret. Curandum tamen piæ poteſtati, ne iuſtitia degeneret in iniuſtitiam: *Pia* quidē *Seueritas non eſt crudelitas*: ſæpe tamen *ſummum ius ſumma fit iniuria*. Quare cum *Auguſtino* concludimus: *Iuſtitia regis (qua thronus eius ſtabilitur) eſt, neminem per potentiam opprimere, ſine acceptione perſonarum inter virum & proximum ſuum iudicare, aduenis & pupillis & viduis defenſorem eſſe: furta cohibere: adulteria punire: iniquos non exaltare: Impudicos & hiſtriones non nutrire: Impios de terra perdere: parricidas & peierantes viuere non ſinere: Eccleſias defendere: Pauperes eleemoſynis alere: Iuſtos ſuper regni negotia conſtituere: Senes & ſapientes & ſobrios conſiliarios habere: magorum & hariolorum pythoniſſarumque ſuperſtitionibus non intendere: Iracundiam ſuam differre: patriam fortiter & iuſte contra aduerſarios defendere, per omnia Deo confidere, &c.* Et quæ ſequuntur.

Exod. 21. v. 8. 9. 28. *Pſal. 82. v. 6.* *Iohan. 10. v. 34.* *2. Paral. 20. v. 6. 7. 8.* *Sic Mimus apud Agelliū.* *Duæ peſtes Iuſtitiæ capitales.* *Deut. 16. v. 19.* *Exod. 23. v. 7. 8.* *Deut. 16. v. 19.* *1. Sam. 8. v. 1. & ſeq.* *Prouer. c. 17. v. 18.* *Apud Herod. lib. 3.* *Et Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3.* *Referi Selnec. in Pædag.* *Auguſt. de XII. abuſ. gradib. grad. Non.* *Prou. 20. v. 28.* *Deorum vocabulum mirum quam ipſos titillat, verbum amant, rem oderunt. Luther. in Pſal. LXXXII.*

 Magna

OBEDIENTIA HOLOCAVTOMATE *Potior.*



Nempe Magiſtratus ſubiectum legib. eſſe, Spontéq mandato et patienter munere fungi;
Promtâ mente Ducum iuſtáq iuſſa ſequi: Conueniunt Patriæ Ciuibus iſta bonis.
Gehorſamen der Obrigkeit, Zur arbeit vnverdroſſen ſeijn;
Thun, was Sie rechts wegen gebeüt: Gebührt der vnderthanen Gmein,
Aux ſubiets il conuient en toute reuerence Portant en Patience les charges et trauaux,
Faire aux Princes honneur auec Obeïſſance Tandis qu'ils ſont au monde valée de tous maux

Oppoſitio obedientiæ & Inobedientiæ. 1.Sam.15. v.22.23.

MAgna laus eſt OBEDIENTIÆ in ſacris, & turpiſſimum INOBEDIENTIÆ vituperium, quod vel ex ſola oratione Samuelis ad Saulem videre eſt, quæ exſtat 1.Sam.15. *An delectatur Iehoua holocauſtis & ſacrificiis, vt cum auſcultatur voci Iehouæ? Ecce auſcultare eſt melius ſacrificio; attendere, adipe arietum. Quin ſicut peccatum diuinationis eſt rebellio, & ſicut ſuperſtitio & idola eſt repugnantia.* Eſt autem duplex *Obedientia. Rationalis* & *Cæca.* Hæc quæ nullo nititur fundamento pietatis aut iuris: Illa quæ nititur fundamento pietatis ex verbo Dei hauſtæ & euidentis iuris, æquitatiſque. Illa

Diſtinguitur obedientia in Cæcam & rational.

Turcica

Turcica eſt *obedientia*: à qua non multum abludit hodierna Ieſuitarum *Cæca obedientia*. Sed hæc prorſus nullo nititur fundamento neque pietatis, neque iuris, neque honeſti, neque Æqui: Talis erat *Scipionis Maioris*, de quo *Plutarch*. Et illius *Aſſaſini Syriæ Præfecti*, de quo *Fulgoſ.* rerum memorabil. lib. I. c. I. quorum vterque non tam verbis prædicabant, ſed etiam opere ipſo comprobabant, ſe tantam apud ſuos habere obedientiam, vt cuicunque ſuorum iuberent ſe ex alta turri præcipitem dare, id confeſtim & abſque contradictione moraue facerent. Dictum! factum! Et laudat Stapleton. in Promptuar. Moral. prolixiſſime. *Vera* autem *obedientia* nititur VERBO Dei: Pietate: atque λόγῳ ſeu prudenti ratione. Et Conſiſtit *in Obſeruatione Mandatorum Dei*: * *Non enim Auditores ſed Factores legis iuſtificantur. Seruus autem ſciens voluntatem Domini, neque præparans ſe vt faciat, duplo vapulabit.* Inprimis autem requiritur obedientia in *Operibus vocationis*, vt Miniſter verbi diuini *potens ſit ad exhortandum, & redarguendum contradicentes.* Vt qui ad clauum admoti ſunt, *ſollicite gubernent*. Agricolæ, in colendo, conſerendoque agro, ſint ſeduli, patienteſque durorum laborum. Et quicquid denique cuiquam iniunctum, vt ſtudioſe in id incumbat & exſequatur. ¶ Deinde requiritur etiam *obedientia in Cruce*, vt ne murmuremus nec recalcitremus, ſed ſileamus, *Commendantes vias noſtras Domino, Iactantes in ipſum curas noſtras, vt ipſe faciat.* Illius & huius obedientiæ illuſtriſſimum exemplar habemus ipſum *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui non venit, vt ſolueret legem, non, inquã, venit vt ſolueret, ſed impleret, qui non arbitratus eſt rapinam, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit forma ſerui aſſumpta, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens Patri vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſupra omne nomen, vt in nomine Ieſu flectatur omne genu, cæleſtium, terreſtrium & infernorum.* *Angeli* nobis in exemplum ſunt, *facientes mandata Dei.* Imo & creaturæ ἄλογαι. Eſt autem *perſiſtendum* in eo obedientiæ curſu, ne iure nobis improperari poſſit, quod *Paulus* ſuis Galatis: *Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? Nam omnes quidem in ſtadio currunt, ſed vnus tantum τὸ βραβεῖον reportat, nec coronatur, niſi qui fortiter & conſtanter pugnauerit.* Quare cum Paulo *obliuiſcamur, quæ retro ſunt, & ad ea quæ priora ſunt extendamus ad deſtinatum brauium ſupernæ vocationis Dei in Domino Ieſu Chriſto*, vt vnuſquiſq; noſtrum aliquando cum eodem dicere poſſit: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius.*

Regul. Societ. Ieſ. Londin. excuſ. Bonauent. Specul Nouit. Part. I. cap. 4. Prcbat Thomas Stapleton. Prompt. Moral. in I. Domin. Epiphan.

** Iacob. I. v. 23. 24. 25. &c. Luc. 12. v. 47. Tit. I. v. 9. Rom. 12. v. 8.*

¶

Obedientia in Cruce. Matth. 26. Non ſicut ego volo. Pſal. 37. v. 3. & ſeqq. Pſal. 55. v. 23. Matth. 5. v 17. 18. Phil. 2. v. 6. ibid. v. 7. ibid. v. 8. ibid. v. 9. ibid v. 10. Auguſt. in Epiſt. ad Lip. Iulian. &c. Pſalm. 103. v. 21. Perſeuerantia. Gal. 5. v 7. 1 Cor. 9. v. 24 2. Tim. 2. v. 5. Philip. 3. v. 13. 14. Perſeuerantia enim coronatur. Bernhard. 2. Tim. 4. v. 7. v. 8.

CHARI-

CHARITAS MAXIMA VIRTVS.



Hac dum quiſq viâ graditur, dum propria quiſq
Munera tranquillo pectore fidus obit:
Wan ieder geht vff rechter bahn
Vnd vericht, was ihm wol ſteth ahn:
Quand vn chaſcun ſ'efforce de ſuiure ſes ſentiers,
La vocation ſienne exercant volontiers,

Almus Amor Iehouæ certo nos fœdere iungit,
Spes nos atq Fides ducit ad aſtra poli.
Als dan die Lieb vns Zu Gott bringt,
Glaub, Hoffnung vns in Him̃el erſchwingt.
L'Amour de Dieu nous ioint en treſbelle alliance,
Et nous menent aux cieux la Foy et l'Eſperance.

*CHARITAS. Eius Diſtinctio. Obiectum. Deut.6 v.5. Luc.10. v.27 Auguſtin. lib. 1. de doctrina Chriſtiana c.22. Et Hieron. in Eugl. Matth. Ration. Actor.17.v. 27.28. * Ioan.3.v.16*

CHARITATIS heic habemus effigiem. Eſt autem ratione obiecti multiplex *Charitas*, & diſtinctos habet gradus. Primum ac princeps *Charitatis* obiectum eſt *Deus*. *Diligendus* Deus *eſt ſuper omnia. Ante omnia.* Et *propter eum ipſum* etiam reliqua. Diligendus quoq; *Deus* eſt *toto corde, tota anima, tota mente, & totis viribus*: adſeuerante ipſo *Domino Seruatore* ex Moſe. *Quum autem dicit: Toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ noſtræ partem relinquit, quæ vacare debeat, & q. locum dare, vt alia re frui velit: ſed quicquid aliud diligendum occurrit, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit*, quemadmodum B. *Auguſtin.* in libr. de doctrina Chriſtiana exponit. Et merito diligimus Deum, *in quo viuimus, ſumus, mouemur.* * *Patrem*, qui *dedit filium:*

Filium

Filium qui ſemetipſum ſanctificauit pro nobis, atque adeo dilexit, vt vitam etiam pro nobis poneret, vt recte *Bernhardus: Sic*, inquit, *amantem diligite, Amoris vicem reddite, in hunc odorem currite, & vota votis reddite. Spiritum ſanctum, qui habitat in nobis, & pro nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus.* Quare pie iuxta atque eleganter *Auguſtinus: Deus*, inquit, *charitas eſt, quod ex Deo procedit, in Deum redundat: quod in Deum non redundat, ex charitate non procedit.* & quæ ſequūtur. Proxime Deum *proximus* diligendus eſt. *Proximus* tibi Tu, *Proximus*, alij: Certe & *Te* odiſſe non debes: *Nemo enim propriam ſuam carnem odit*, vt * *Iudas: Achitophel: Herodes: Nero:* alij. Porro, *Proximus* aut *Domeſticus* eſt aut *Extraneus*. Vtrumque *diligere debes ſicut teipſum*, ſeruato tamē *gradu & ordine*, vt fodiens roſtro pectus, elicitoque pullos ſanguine refocillans *Pelecanus* heîc oſtendit. *Domeſtici* aut *liberi* ſunt, aut *ſerui*. *Liberi* diligendi tanquam *propria caro*. Horrendum & inhumanum eſt, Liberos, propriam carnem odiſſe, perſequi poſſe, vt *Saul*, vt *Herodes*: de quo recte *Auguſtus Imper. Melius eſſe, Herodis eſſe porcum quam filium*: in communi, *Domeſticos, qui non diligit, curatve, Ethnico deterior eſt, fidemq́ abnegauit. Proximus extraneus* aut *proſelytus* eſt, aut *exoticus*. Ille certe omnino diligendus, ſubleuandus, monente *Apoſtolo: Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem* τοὺ͂ς οἰκείους πίστεως. Nec tamen deſerendus *exoticus*, quemadmodum parabola *Domini Seruatoris* de *homine in latrones incidente* diuinitus hortatur. Hæcque adeo dilectio ita conglutinata eſt, vt Deum diligere non poſſit dici, niſi qui & proximum diligat, ſicut ſeipſum. Nam *cum Dei charitate* (*Chryſoſtomus* ait:) *ſimul intrat & dilectio proximi. Vnaq́ & eadem charitate* (inquit *B. Auguſtinus*) *Deum ac proximum diligimus. Fidesq́ per Charitatem efficax eſt, & diligimus proximum, qui eandem nobiſcum ſpem habet.*

Quare rhedam trahunt.

*Gal. 2. v. 20. 21. Ioh. 17. v. 19. Bernhard. in Iubil. 1. Cor 6. v. 19 Rom. 8. v. 26. De ſentent. B. Iacob. Apol. ad Hieronym. lib. 2. c. 8. Proximus quis? * Matth. 27. v. 5. 2. Sam. 17. v. 23. Ioſeph. lib. 17. c. 9. Suetonius in Neron. Leuit. 19. v. 18. Matth. 22. v. 39. 1. Sam. 20. v. 33. Ioſeph. lib. 17. c. 8. 9. 10. 18. ante & poſt. Macrob. Saturnal. lib. 2. c. 4. 1. Tim. 5. v. 8. Inprim. Extran. Galat. 6. v. 10 Syr. 12. v. 2. Luc. 10. v. 36 37. 35. 1. Ioh 4. v. 19. 20. &c. Chryſoſt. Homil. 34. ad popul. Antioch. Auguſt lib. 8. de Trinit. c. Galat. 5. v. 6. Epheſ. 4. v. 5.*

D STV-

STVDIVM MEI ET TVI EXCVTIT *concordiam, charitatem, &c.*




Heu pietas, heu priſca Fides! Concordia, quis te Quis te ſanctus Amor, quis te, Timor ille IEHOVÆ!
Cedere; quis te, Pax, cedere cogit humo? Vana Cupido MEI, vana Cupido TVI.
Wo iſt Eintracht vnd Liebe bleiben? Gelt, dein begierde zu dem Meinen,
Wer hat Fried vnd Gottsforcht vertrieben? Vnd mein Begierde zu dem Deinen.
Concorde, Charité, Paix, et de Dieu la Crainte, Ce ſont deux mauuais hommes, qui nous chaſsent au loin
Pourquoy fuyés ainſi iettans cris de complainte MIEN et TIEN ils ſ'appellent, ayans armes au poing.

Abuſus verũ vſum non tollit. ABVSVS alicuius rei per ſe bonæ, ſanctæ, licitæve vſum tollere non poſſe, plane compertum habemus. Quare cum poſſeſſio bonorum propriorum per ſe res ſit bona, ſancta, licita: Tolli ea propter abuſum nec poteſt nec deber. *Anabaptiſtæ.* *Anabaptiſtæ* cum videãt propter poſſeſſionem propriorum bonorum, excitari iurgia, rixas, proceſſus, & ſimilia incommoda, poſſeſſionem propriorum bonorum omnino damnant, & omnes facultates in commune conferri debere volunt. *Diſtinctio MEI & TVI licita.* Verum ſi nos edocuerimus, poſſeſſionem propriorum bonorum eſſe rem bonam ac per ſe licitam,

crimina-

criminatio ipſorum per ſe intercidet. *Lex moralis eſt perpetua norma ac regula* *Ration.*
voluntatis diuinæ: Quæ cum diſtinctionem bonorum, atque adeo MEVM & *I.* Δεκάλογ.
TVVM conſtabiliat §.8. Conſequens eſt, diſtinctionem bonorum eſſe
rem per ſe bonam ac licitam. Diſtinctionem bonorum, atque adeo MEI *II.*
& TVI *Chriſtus* atque *Apoſtoli nec ſuſtulerunt, nec in commune facultates conferri* *III.*
iuſſerunt. Verumenimuero plane extraordinarium ac ſingulare fuit, quod Πρόληψις.
in primitiua Eccleſia factum eſt. In qua tamen ipſa diſtinctio bonorum *IV.*
licita fuit, vt perſpicue apparet ex verbis *Petri* ad Ananiam: *Nonne manens* *Actor.5.v 4.*
tibi, manebat: & venundatum in tua erat poteſtate, &c. Cæterum & hoc con- *V.*
ſtat, qui de ſua *affluentia* alios iuuare poſſunt, inter illos conceſſum eſt *2.Cor.8.v.14.* *VI.*
MEVM AC TVVM. Collatio facultatum in commune, ſtatim primitiua in *Teſtatur actus*
Eccleſia deſiit. Sed liquidior eſt hæc res, quàm qua de multa verba fieri *Apoſtolici.* *Obiect.*
debeant. Sed, *inquis*, interim propter propria bona & commoda concuti-
tur concordia. Exſulat charitas: Patitur pax: Proſcribitur timor Domini?
Fateor, proh dolor! ſed nôris id fieri non vitio propriæ poſſeſſionis, ſed *Reſp.* *1.*
accidentis ἀφοβείας & impietatis. Non opus erat cum *Cratete Thebano* o- *2.*
mnes facultates in vnam æris maſſam conflare, & in mare demittere, ſal- *Ex Diogene* *Laert. alleg.*
tem abuſus caueretur: nec propter gallinæ pullum: fœni manipulum: *Eraſm. in A-*
terræ vnam atque alteram glebam rumpenda aut diſſuenda inconſutilis *pophthegm.* *Seneca de Ira*
Chriſtianæ charitatis atque concordiæ tunica erat. Pax multo charior *lib.2.*
nobis eſſe debebat, quam vt propter rem nihili illam turbaremus cum *Id. ex Auguſt.* *ſupr. probat.*
proximo. Qui Dominum vere & ex animo timet, auri argentive maſſæ
non *ſacrificabit*, nec in pernicioſos *laqueos* intricari ſe facile ſinet, verum *Syr.31.v.7.*
audiet Apoſtolico monito: *Hoc itaque dico, fratres, tempus breue eſt, reliquum* *1.Tim.6. v.9.* *1.Cor.7.v.29.*
eſt, vt qui habent vxores, ſint tanquam non habentes: & qui flent, tanquam non flen- *ibid v.30.*
tes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſsidentes.
Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura & cupiditas *ibid.v.31.*
huius mundi. Conſiderent diuites huius mundi illud Prophetæ: *Vt perdix* *Ierem.c.17.*
colligit oua, ſed non excludit: ita comparans diuitias, medijs diebus ſuis relinquet eas, *v.11.*
& tandem erit ſtultus. Aiunt enim (inquit Hieronymus) *naturalis hiſtoriæ prin-* *Hieronym. in*
cipes, perdicis hanc eſſe naturam, vt oua alterius furetur, hisq́; incubet, foueatq́;, cumq́; *17.cap.Ier.*
fætus adoleuerit, auolare ab eo. Huiuſmodi diuites ſunt, qui aliena diripiunt, & abſque
cogitatione iudicij DEI *faciunt diuitias non cum iudicio, quas in medio tempore relin-*
quunt, ſubita morte ſubſtracti. Nihilq́; inſipientius quam non prouidere no-
uiſsima, & breuia putare perpetua. Hactenus Hiero-
nymus.

AVREIS ET ARGENTEIS HASTIS *pugnare, ſtultum eſt.*



Lixarum cupidus veniat loculatus oportet;
Fac triplices loculos, litigioſe, feras.
Ille pudore vacet: Patientia repleat iſtum,
Hunc Nummi: Dabitur, ſi prius ipſe dabis.

Der ſich in Rechtshandel läſt ein,
Muſſ allenthalb geſeckelt ſeijn:
Mit vnverſchamt der erſt ſeij g'fult,
Der andr mit Gelt, der dritt mit G'dult.

Qui les Proces veut ſuiure, doit contempler ceci;
Trois ſacs il faut qu'il aye, imitant ceſtui-ci:
L'vn d'iceux ſoit d'Argent bien plein, de Patience
Soit l'autre, et puis le tiers ſoit farci d'Impudence.

Aelian. l. 9. variar. hiſtor.

REctiſſime equidem *Themiſtocles*: *Si duæ ſibi monſtrarentur viæ, altera ad Orcum, altera ad Proceſſum, quem vocant, Iuris, ſe illam præ hac electurum.* Quod ipſum præſens etiam Tabella noſtra monere videtur. Oſtendit enim, quæ ad *Proceſſum Iuris* requirantur. *Principio* turgens requiritur auro argentoque *crumena*, vt ſemper argentea pugnes haſta: Ius enim aureum eſt & aurei cauſidici. Deinde requiritur ingens *Impudentia*, vt abſq; fronte inſtes, vrgeas, iterum, iterumque, vbi non procedit, nam de induſtria prorogatur proceſſus, vt eo plus erogetur extorqueaturque æris, inſtru-

PROCESSVS. Requiſita ad Proceſſ. Iur. Eraſm. in Chiliad.

ctum

ctum te ſumma oportet eſſe *patientia:* vt *patiaris & adhuc*, ſecundum Sapientem, *agas gratias*. Denique nihil aliud maiusve requiritur, quàm *pecunia:* ab hac facienda vtraque pagina: hæc auſpicetur, hæc trahat, hæc finiat oportet. Quare qui inutilibus, imo improbis ſumptibus parcere contendit, vt non tantum ſe hîc honeſte alat, ſed etiam ſoboli potius ſe aliquid relinquat, bonam famam, bonamq; tueatur conſcientiam, eum aut proceſſus iuris omnino fugere, aut ſumma pietate, prudentia, cautione perſequi, quod fere tam poſſibile eſt, quàm ex arena funiculos nectere, aut Ponto Annales inſcribere, aut deniq; Æthiopem ad niuis alborem dealbare. Quod ipſum probe intellexit ille, de quo *Eraſmus*, cuius hiſtoriam, cum huic rei propoſitoq; vel maxime quadret, integram adſcribam: *Parum conueniebat inter duos quoſdam cognatos de re diuidenda. Cumq́; neuter alteri vellet concedere, res eo ſpectabat, vt iretur in Ius, & Iudicum ſententiis controuerſia finiretur. Adibantur aduocati, parabantur dicæ, res erat cum Iuriſconſultis. Aditi Iudices, conteſtata lis, capit agi cauſſa, hoc eſt, bellum ſuſceptum eſt. Ibi alter mature reſipiſcens, aduerſarium priuatim accerſitum his verbis alloquitur. I. Principio parum decorum eſt, vt quos natura copulauit, pecunia diſſociet. II. Deinde incertus eſt litis euentus, haud minus quam belli. Suſcipere nobis in manu eſt, finire non eſt. De centũ aureis tota lis eſt. Eius ſummæ duplum in Notarios, in Promotores, in Aduocatos, in Iureconſultos, in Iudices, in Iudicum amicos expendetur, ſi legibb. experiamur. His erit inſeruiendum, adulandum, dandum: interim taceo curas ambiendi, curſitandiq́; labores. III. Denique vt maxime vincam, plus tamen eſt incommodi quam cõmodi. Quin potius ipſi nobis ſapimus, quam iſtis prædonibus, & in hos male collocandam pecuniam, inter nos partimur? Concede dimidium de TVO, ego tantundem de MEO cõcedam. Ita & amicitiam alioqui perituram lucrifaciemus, & tantam moleſtiam effugiemus. Quodſi recuſas quippiam concedere, ego vel vniuerſum negotium tuo permittam iudicio. Modo penes amicum ſit hæc pecunia, quam penes inſatiabiles illos prædones. Abunde magnum fecero lucrum, ſi & famæ pepercero, & amicum ſeruauero, & tantum effugero moleſtiarum. Mouit aduerſarium tum rei veritas, tum cognati feſtiuitas. Rem inter ſe tranſegerunt, iratis Aduocatis & Iudicibus, quos coruos deluſerant hiantes.* Quid, quæſo, feſtiuius, imo quid honeſtius & æquius dici fierive poterat? ô ſanctum pectus! ô pium caput! Vtinam hæc prudentia multorum hodie animos imbueret, ſic non tantum Deo conſtaret honos, ſed & concordiæ atque charitatis flos huius intemeratus permaneret!

Syr. 11. v. 4. Id. Paſtor. Mattheſ.

Ex Eraſmo recit. Ottho Melander in Iocoſer.

Hiſtor. notabil. vnde diſcas ΦΕΥΓΕ ΔΙΚΗΝ.

PIE!

VERE!

OPTIME!

CORDATE!

Iuſtum & Æquum!

Vſus.

LITIGIOSVS JPSE SIBI SOMNIA fingit.



Ecce Meum atq; Tuum lucroſa negotia Liti Teſtamenti Error, vel mentis Opinio priuæ
Committunt, vncas Lis habet unca manus: Sunt comites tu dux, cæce Cupido, præis.
Mein vnd Dein fängt Rechtshandel an, Auch blind Begierd, finſtr Teſtament:
Da Zu räth viel der eigne wahn: Vnd komt der ſtreit langſam Zu endt.
Ha! Proces malheureux auec tes mains crochues, Les Teſtaments te menent ſuiuans l'Affection
Tu marches lentement auec iambes tortues, Aueugle, mais de MIEN, TIEN te ſuit l'Opinion.

OPINIO. „ CAuſæ, quibus Litigatores ad conteſtandam litem inducuntur, hoc
„ Emblemate ſcite vereque perſtringuntur. *Prima* eſt *opinio*, qua tanquã
Multa ſibi ſomnia iuris fingunt. faſcino ita dementantur litigioſi, vt quicquid ſit fiatve, iure ſe altercari arbitrentur. Haben das Recht mit den beyden Zipffeln/ vt nos Germani Prouerbio dicimus, ſed ſæpe falluntur miſeri, ita, vt, quibus ipſa Iuſtitia antea
Dü ſunt ſoli. humeris inſidere putabatur, eos non niſi iniuſtam cauſam fouiſſe ſæpe compertum ſit, ——— *Fallunt oculi perſæpe videntem,*
Proq; alio monſtrant aliud; dicit Poëta.

Non

Non dicam quomodo iuſta cauſa ſupprimatur,&fauoris vna vncia multa iuris pondo lance vincat. Ideoque quiduis potius ferendum,quàm litigandum,aut ad aſperos & iniquos Iudices deueniendum. Diu igitur deliberandum,voluendum,reuoluendum, de quo ſemel ſtatuendũ eſt. Deinde multi nituntur *Codicillis Teſtamentorum*, & magna ſane vis eſt talibus in Iure Codicillis: Verum æquitaténe ea nitantur,nec ne,pie ac prudenter tecum conſidera. Non enim ſemel iniqua teſtamenta reſciſſa,& bona ad legitimum hæredem deuoluta ſunt. De *inofficioſis teſtamentis* Iuriſconſulti diſputant. Plurimos dementat *cæcus amor* & *Cupido habendi*,nõ penſi habentes,quantum contra ſit erogandum,vt expenſæ etiam ipſam ſortem,de qua controuertitur,longiſſime ſæpe ſuperent:quibus idem ſane contingit,quod *Cani Æſopico,qui fluuium tranans,rictu carnem vehit. Splẽdente autem ſole vmbra carnis lucet in aquis,multo ſane amplior,quàm ipſa portio erat,quam rictu gerebat. Quare viſam in aqua auide captans, & aperto rictu tam quod erat, quàm quod videbatur,amittebat.* * *Tanti* certe ſpes,imo & *pœnitere non erat emendum.* Abſterrere merito debebat, *horridum proceſſus ſpectrum.* Anne vides,*lupinum rictum*,qui,quicquid arripit,abglutit? Anne *vncas,pro manibus ferreasq́ʒ ſubſcudes*,quibus raptat,trahit,ducitque,quicquid vſpiam valet arripere. Denique *lignipes* eſt, & crura faſciis circumuoluta gerit, quibus tardiſſima eius tarditas notatur, vt,quam facile ſit conteſtari litem,tam non facile ſit finire,noris. Occipere penes te eſt,ad vmbilicum, perducere,non item. Maxime vero ſi Iudex iniquitatis nõ ignoret,quàm non curta tibi domi tuæ ſupellex. Quare facies,exclamabis,ſeruabis:

Eſte procul lites,& amara prælia linguæ,
Dulcibus eſt verbis mollis alendus amor.
Candida pax homines lis decet arcta feras.

Ne eſto immemor: Στέργε τὰ παρόντα

Tranquillæ vt videas mediocria tempora vitæ,
Hæreat hæc animo regula fixa tuo:
Viue tua ſemper contentus ſorte, nec vltra
Quam fortuna dedit progrediare locum.
Si tibi ſunt nec opes,nec ſplendida fercula Crœſi,
Exiguo poteris te ſatiare cibo.
Præclari titulos ſi non es adeptus honoris,
Proderit in tenui delituiſſe loco:
Tu ſolum Domini committas omnia curæ,
Euentus captis hoc Duce proſper erit.

" Γνώμη. "
TESTAMENTA.
Vide Valer. Max lib. 7. c. 7.
CVPIDO habendi.
ÆSopus in Fabul.
** Eraſm. in Apophth.*
A. Gell. in noctib. lib. 1. c. 8. Eſt q; Demoſthen. Apophtheg.
Ref. & Phocion. Philoſoph.
Monſtrum Proceſſus & eius ſignificatio.
Ouid. lib. 2. de Art. amandi.
Id eod. lib. 3.
Prouerb. Græc.
Iocoſ. Narrat. 578.

INTER

INTER INSTITORES VERSATVR *fraus ac dolus.*



Certa ſoloq́ ſaloq́ vigent commercia, Vitæ Fraus tamen atq́ Dolus involuunt omnia damnis,
Quæ licet humanæ commoda multa ferant: Nec non ſcribacis cura neglecta manûs,
Beÿdes zu Waſser vnd zu Land WanFalſcheit, B'trug, Liſt, nicht käm drein,
Dreibt man Gewärbe allerhand, Solt der handel wol tragen eÿn.
Combien que le Traffique et par Terre et par Mer, Fauſseté, et le Dol, et l'Ignorant Notaire,
Aux humains ſoit utile; ſi font ſouuent armer, Pluſieurs qui autrement feroyent de bon affaire.

COMMERCIA. *Vide Hieron. Tom. 7. in Ep. ad Epheſ. c. 4. Bibliothec. Patr. 3. columna 145.*

SI diſtinctio bonorum atque adeo MEI & TVI per ſe res bona eſt ac licita, conſequens eſt etiam commercia per ſe bona ac licita eſſe; non tantum terra, ſed etiam mari, vt exemplum Salomonis edocet. 1. Reg. 5. c. Id vero vel maxime intereſt curare, vt commercia noſtra nitantur pietate, æquoque & bono. Ne malum pro bono, paleam pro tritico vendamus: Ne dimidium pro toto metiamur, ne ſpecies mutemus, ne minuamus menſuras, neque ſummam dati & accepti peruertamus X pro V ſcribentes, quemadmodũ imperitus hicce factitat Notarius, & quæ ſunt ſimilia:

hoc enim

hoc enim eſt mandatum Domini: *Ne exerceto peruerſitatem in vllo munere, in* *Leu.19.v.35.*
dimenſione, in pondere, in menſura. Trutinæ iuſtæ, pondera iuſta, Epha iuſtum, & Hin *ibid.v.36.*
iuſtum eſto vobis. Eadem repetuntur in Deuteronom. *Ne eſto tibi domi tuæ di-* *Deut 25.v.14.*
uerſum Epha, magnum & paruum: Nec eſto tibi in loculo tuo diuerſum pondus, ma- *ibid.v.13.*
gnum & paruum. Pondus integrum & iuſtum eſto tibi: Epha integrum & iuſtum eſto *ibid. v.15.*
tibi, vt prolongent dies tuos in ea terra, quam Iehoua **Deus tuus** *dabit tibi.* **Nam abo-** *ibid.v 16.*
minationi eſt *Iehouæ Deo tuo, quiſquis facit* **iſta,** *&c. Lances doloſæ,* inquit *Salomon,* *Prou.11.v.1.*
abominationi ſunt Iehouæ: Pondus vero integrum acceptum eſt ei. Scapus & lances iu- *Prou.16.v.11.*
dicij Iehouæ ſunt, opus eius ſunt omnia pondera loculi. Diuerſa pondera, diuerſaq; men- *ibid.c.20.*
ſuræ abominationi ſunt Iehouæ vtraque. Neminem quidem *pudere* debet de *accu-* *verſ 10.* *& 23.*
ratione trutinæ ponderumq;, fraus tñ & *falſitas* omnis abeſſe debet: Ne merito *Syr.42. v.4.*
obiiciatur, quod *Dominus* populo ſuo per Prophetam iure obiicit. ***Merca-*** *Hoſ.12.v 8.*
tor eſt, in manu eius ſunt lances doloſæ, opprimere amat. An purum haberem ego te, *Mich.6.v.11.*
cum lancibus improbitatis, & inditis loculo ponderibus doloſis? Neque eo proue-
hamur impietatis atque impudentiæ, vt dicamus cum illis: ***Quando tranſ-*** *Amos. 8.v.5.*
ibit Nouilunium, vt vendamus commeatum: & Sabbathum, vt aperiamus frumenti
horrea, minuendo Epham, & maius faciendo pondus, ac peruertendo lancibus doloſis.
Comparando pecunia tenues, & egentem pari calceorum, vt denique quiſquilias fru- *ibid.v.6.*
menti vendamus; Iurat Iehoua per excellentiam Iacobi, Ne viuam ſi obliuiſcar in æter- *ibid.v.7.*
num operum illorum. Et quidem concedunt aliquę [a] *Leges humanæ,* vt in con- [a] *Vlpian. in l. in cauſ co-*
trahendo ad dimidium vſque iuſti pretij ſeſe contrahentes ἐμπορικῶς cir- *gnit. §. penult.*
cumuenire poſſint. Interim tamen [b] falſi ponderis crimẽ puniunt, & pu- *ff de minorib.*
niri iubent. Nos vero qui *Legibb. diuinis* adſtringimur, non tam quid poſi- *Molin de vſur. q 14.*
tiuæ Leges CONCEDANT, quam quid Sacroſancta Lex Dei, perpetua at- *Cuiac. obſeru. 16 c. 18.*
que immutabilis Norma obedientiæ noſtræ erga Deum videndum eſt. [b] *Lex Cornel.*
Inter bonos, aiunt, ***bene agier oportet,*** vt ***de quæſitis tertius habeat gaudere hæres.*** In- *de Falſ.*
primis *Timor Domini* iuſtitiam perſuadebit, vt qui intereſt noſtris com- *Damhoud. prax. crimin.*
merciis, & quæ in tabernis, portubus, officinis, emptoriis, &c. geruntur, *c.123.*
attendit. Fraudes autem videt, odit, punit. Conſtringere etiam & inhibe- *Clar. §. Falſum.*
re debebat lex naturæ à Chriſto renouatæ: *Quicquid vultis vt faciant* *Cic. in Ep. familiar. lib. VIII.*
vobis homines, eadem & vos facitis illis. Sed cor mercatoris eſt *Vſus.*
clauus inter hoſtium & cardinem, & preſſuræ ex- *Hic hodie maxima exercetur iniuſtitia.*
pers difficillime euadit.

Matth.7.v.12
Luc.6.v.31.

PROCESSVS MONSTRVM IMMANI vorat omnia rictu.



Vinea, fundus, ager; Litis conſumitur ore; Tempora decedunt, et tecta neglecta fatiſcunt;
Gignitur et Soboles perniciosa magis: Cuj trades Animam, Litigioſe, tuam!
Auch haus vnd hoff geht endlich druff, Die Zeit ſchleicht hin: das Dach Zerbricht,
Will doch der Streit nicht hören vff. Der armen Seelen achtſtu nicht.
Ci mange le Proces, Iardins, Maiſon. et vignes, D'un tel pere qui perdre fait le temps, et Maiſon,
Et enfante nauueaux Proces, enfans bien dignes Et ſur vn baſton pendre l'Ame, contre raiſon.

Prov.30.v.15 16. RΕcte equidem & vere *Agur* quatuor ἄπληςα ſtatuit, dicens: *Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquam dicit: ſufficit. Infernus, & os vulvæ,*

NB. *& terra, quæ non ſatiatur aqua. Ignis vero nunquam dicit: ſufficit.* Verum ô ſapiẽtiſſime hominum, ſi mores eorum noſtri æui vidiſſes, qui dicundo iuri

Voracitas Proceſſus ſeu ſumptus prodigendi in ius à litigatorib. præfecti ſunt, adieciſſes quintum, nempe: *Proceſſum*, quem nos vocamus, Iuris. Vere enim barathrum eſt, atque vorago, hiatusve, qui impleri poteſt NVNQVAM. Principio enim abglutit, quicquid ſupereſt flaui candentisve æris. Deinde ſi quæ ſunt κειμήλια, & quæ dudum fuerunt in delitiis

gemmæ,

gemmæ,monilia,inauratæ catenæ,lapides pretioſi,ſplendidę veſtes,byſſina ſyrmata,& quicquid eſt huiuſmodi,id omne oppignorat,vendit,alienat improbus proceſſus. Cæterum id vbi exhauſtum omne,ſequuntur bona immobilia,feudi,agri,horti, vineæ,pomaria, & quicquid huiuſmodi ſupereſt,ex quo æs conflari vllo modo poteſt,id omne in proceſſum inſumitur.Si nec hæc talia ſufficiunt,vænet domus, conflatur æs alienum,& eo prouehitur Litigator, vſque dum non bona tantum omnia,ſed & *animam debeat* ipſam. Vt iam non dicam,quomodo lis ex lite ſeratur,& proceſſus proceſſum gignat,vt proceſſum in infinitum,& talem extrahi Labyrinthum contingat,ex quo,quomodo te extrices,quomodove euadas,nullo modo inuenias. Ibi non tantum tempus, *cuius tamen pretioſiſſima iactura eſt*, ſed etiam ipſa anima atque conſcientia perditur. O pandoræ Pixida! ô malorum lernam! ô exitij ipſiuſmet caput! *ô homo Dei fuge*! quis non hic vſurpet illud *Plautinum*: vt proceſſus litigatori dicat:

Δίκη δίκην ἔτικτε.

Eraſm. in Chiliad. Adag. Lis ex Lite.

Ἔρις ἔριν ἀντιφυτεύει.

Temporis iactura, ex Bernard.

1. Tim. 6. v. 11

Sequere me mea Gnata,vt munus fungaris tuum.

Litigator autem reſpondeat:

Sequor,ſed finem fore quem dicam; neſcio.

Plaut. in Trinummi Prolog.

Quiſquis igitur es,qui ſapis,auſculta ſapienti: φεῦγε δίκας. Memento verum eſſe illud noſtrum Germanicum:

Ich hab manchen gekandt/
Der Gold kaufft/vnd Kupffer fandt.

" NB. Aurea " æreis per- " mutare.

Iterum alius *Græcus* monet: φεῦγε δίκην: φυγοδικεῖν. Et pium eſt,& honeſtum,atque inprimis vtile, præſertim ſi poſſis ſalua conſcientia & ſaluo honore.Concede de iure tuo partem potius quam litiges,maxime ſi agatur de lana caprina,de tribus capellis,de friuolis nugis,de paucis numulis,vbi ſumptus ipſam ſortem longe erant ſuperaturi. Turpe eſt Epitaphium,quod vere ponitur huic vel illi: *Iohannes-Iacobus Triualtius qui nunquam quieuit,nec alios quieſcere permiſit, hic tandem quieſcit ipſe. Iniuria potius,* iuxta *Pauli* monitum,*ſufferenda*,quam προπετῶς litigandum. Deniq; notes velim finem litis,qui eſt vel expreſſa vel tacita ſaltem ignominiæ notatio. Quicunque igitur fortunis,quicunque famæ, quicunque denique *conſcientiæ* conſultum vult ſuę, proceſſus & lites, quantum poteſt fugiet,

Cauſſæ proceſſuum futiles.

Hominis imperitiſſimi κενοτάφιον Mediolani.

1. Cor. 6. v. 7.

Georg. Rem. Spicileg. in Prov. Salom. p. 309.

hoc modo & exercitiis pietatis,precibus, dico, auditui verbi & ſimilibus eo melius vacabit,& amicos lucrifaciet,& hilarem animum ſecum circumgeſtabit. "
"
" NB.



Litibus implicitos temeraria ſomnia ludunt, Inquietudo vagi ſæviſſima cordis, abercet
Litibus implicitos anxia cura coquit: Somnum nocte, die non datur ulla quies.
Wer ſich mit eim ins Recht ein legt, Da iſt kein Ruh, bey nacht bey dag,
Ihm ſelbſt viel ungemach erregt: Kein ſchlaff ihm nie gebühren mag:
Si de ton eſprit perdre tu veux Tranquillité, Ne veois tu pas à qui d'eſprit l'Inquietude
Procede fort et ferme en hiuer et eſté: Lune, et de qui Someil chaſſe Solicitude

Auguſtin. de verbu Domini ſecũd. Matth. ſerm. 19.

MOres huius æui B. *Auguſtinus* tam graphice depinxit, ac ſi præſens coram vidiſſet. *Vſque adeo autem inoleuit*, inquit, *hoc malum, vt iam quaſi ex conſuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, ſententia ipſa venalis ſit, & nulla iam cauſa poßit eſſe ſine cauſſa.* Ita neceſſe eſt aureis piſcentur hamis qui ius perſequuntur: Ἀλλὰ πολλάκις καταναλώσαντες τὰ φανερὰ τῶν ἀδήλων ἕνεκα, ἃ μὲν ἔμελλεν οὐκ ἔλαβον ἃ δὲ εἶχεν ἀπέλαβον. *Aurea areis permutant*, vt eſt in Prouerbio; & *argenteis haſtis pugnant*. Verum quando defecit aurum & argentum, quando cum mobilia tum immobilia omnia proceſſus vorauit, vt quod des non habeas amplius; quid tum fit? Aſpice hanc Emblematicam.

Athenæus lib. 6.

Vide Eraſm.

maticam tabellam, ea penitus te docebit. Vigilantur noctes, anxie atque ſollicita cura conquiruntur rationes, quibus litem moueas ac promoueas: nec dulci declinat lumina ſomno litigator, priuſquam inueniat, vnde litem alere ac ſuſtentare poſſit. O malorum caput! Non eſt bonum corporale, quod cum ſuaui, tranquillo, bonoque ſomno in bona conſcientia & parata comparari poſſit: Namque

O carnificinam!

Suauis ſomnus.

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Seneca noſter in Hercul. Oeno Act. 2.

Ceſpes Tyrio mollior oſtro
Solet impauidos ducere ſomnos.

Verum heus tu, vbi manet pietas; vbi preces; vbi charitas; Non ſane permittitur ibi cauſa cum cauſa certare, ſed atra bilis in aduerſam partẽ concipitur, liuor fouetur, odium exercetur, vt de illo traditur, qui in iudicio ſuperatus erat, & inuentus reus, conuerſus enim ad ſuum aduerſarium, inquit: *In aquis cuperem te videre genutenus ſtantem: Quid*, inquit ille, *noceret id mihi*; Reſpondit alter: *At ſub vndis ſit caput.* Talia ſunt cogitata tam carnalium litigatorum. Quare transferendum huc erat illud Poëtæ:

*"Hiſtor. no-
" tabil.
"*

Principiis obſta, ſerò medicina paratur
Cùm mala per longas inualuere moras.

Pœnitentia non præcedit, ſed ſequitur.

Wann der Karrn im Koth ſteckt/vnd man weder hinder ſich noch vor ſich kan/ſo iſts viel zu lang gewartet. Quæ tamen omnia non huc trahi volumus, quaſi omnes in vniuerſum actiones forenſes prohibitas cenſeamus, ſed ſaltem προπέτειαν inhibemus, & deliberate agi ſuademus, ne præcipitantia damnum & pœnitentiam nimis ſeram gignat. ¶ *Vos autem iudices qui præeſtis, iuſtiſſime iudicate: nihil in iudicio iniuſtè agatis, nec munera ſuper innocentes accipiatis, non ad perſonam attendatis, nec res alienas rapaci fronte accipiatis ac diripiatis: quia de veſtris quid vel ſupra noctem agatis, neſcitis. Pauperes vel aduenam nullatenus in iudicio opprimatis, timentes illud quod veritas dicit: Quia in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & qua menſura menſi fueritis, metietur vobis. Cauete ne de vobis Propheta dicat: Væ qui potentes eſtis in hoc mundo, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Væ qui dicitis bonum, malum, & malum, bonũ;*

Auguſt. lib. de rectitud. Cathol. conuerſ.

Luc. 6. v. 38.

Eſai. 5. v. 20.

Labia veſtra loquuntur mendacia, manus veſtræ plenæ ſunt iniquitate, facta eſt vobis veritas in obliuionem, & iuſtitia fugit à vobis.

Hactenus B. *Auguſtinus.*

MVLTA FERAT CERTVM EST, PRIVS, *ac bona cauſa triumphet.*



Si bona cauſa boni frueretur ſorte patroni, Non tam feſſa diu ferret Victoria Palmam,
Et non longi-petis tranſadigenda foret: Cùm iuſté fient ſingula, finis erit:
Wan gut Sach alls ihrs gleichen ſind, Würd offt geholffen balt Zu recht;
Vnd käm nicht an das Looſs Geſind: Aber nun klagt manch armer knecht.
Bonne Cauſe ſouuent paſſe parmi ſes piques Les Faux Teſmoins ne penſent aux choſes a venir;
De Mauuais Procureurs, et de Iuges Iniques, Partant Victoire eſt laſſe de la Palme tenir.

Triumphus & Victoria bona cauſa. TAndem bona cauſa triumphat. Sed multa prius experiri oportet, patiq; dum palmam obrineat, referatve herbam: A *falſis teſtibus: à Procuratoribus negligentibus:* Ab *Aduocatis imperitis:* & à *Iudice iniuſto.* Cauſſa eſt, quod *Eſai.5.v.23.* plerique reſpiciunt perſonas, & captant munera, quod præſens hæc noſtra Tabella perſtringit. Vide & aduerte, tranſcurrit bona cauſa per *teſtes* NB. *veraces, Procuratores fideles, Aduocatos peritos, Iudices iuſtos,* horumque omnium calamos, ſed hos cernere eſt in veſtibus detritis: pileis vetuſtate detonſis, & in habitu prorſus vili. Ratio eſt, Non captant munera, ſed cōtenti ſunt ſtipendiis

ſtipendiis ſuis, iisque non excedentibus modum, ſed æquitati commenſuratis. Viciſſim tranſcurrit per calamos *Teſtium falſorum: Procuratorum negligentium: Aduocatorum Imperitorum:* & *Iudicum iniuſtorum.* Verum hi eminent in ſplendido habitu toto. Namque *accipiunt munera ſuper innocentes,* *Pſal.15 v.5.* & *peruertunt cauſſas iuſtorum:* *Deut.16.v.9.* Protrahunt lites, & ſtipendia æquitati nullo *Prouerb.24.* modo commenſurant, ſed duplum, triplum, &c. extorquent, vnde ſors i- *v.23.* pſorum opima, & in veſtimentis luxuriantur; Gehen nicht vff der Gemein/ wie die andern trewen/ Gottſeligen/ Gerecht/ vnd vffrichtigen. Quæ non minima eſſe cauſa debebat fugiendarum litium ac proceſſuum: vtut enim iuſtam tueare cauſam, *Nemo tamen eſt qui audiat,* & pro ea pronunciet. Tum *2.Sam.15.v.3.* quoque *eminus ſtat victoria,* & in lubrico poſita eſt. *Falſo id quidem Abſalon de parente. vere tamen hodie de pleriſq.* Velim autem curent Iudices, Aduocati, & quicunque adminiſtrandæ iuſtitiæ præfecti ſunt, vt munia ſua in timore Domini conſiderent, & hoc agant, quod agere videntur, hoc eſt, Ius & Iuſtitiam exerceant, nam *Dominus ipſe cum ipſis eſt in iudiciis, ſtulto ſe non ſubſternant, nec ſuſcipiant perſonam potentis:* *2.Chron.19. v.6.* *Vt enim concupiſcentia Eunuchi de vitianda puella, ita eſt quiſquis vi exercet iudicia.* *Syr.4.v.32.* *Ne igitur peruertant iudicium, nec accipiant perſonam, neque ſuſcipiant munus, quia munus excæcat oculos ſapientum, & peruertit verba iuſtorum.* *Syr.20.v.2.* *Deut.16.v.19.* *Iuſtiſsimam autem iuſtitiam ſectentur, vt viuant, & hæreditario iure poßideant terram, quam Iehoua tribuit.* *ibid.20.* *Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm ampliſsimus prouentus cum iniuria.* *Prou.16. v.8.* *Teſtis falſitatum non erit impunis, & conflator mendaciorum peribit.* *Prou.19.v.9.* Recte conſtitutum eſt, vt *falſus teſtis luat id, quod reus luere debebat, ſi fuiſſet conuictus.* *Senatuſconſ. Turpilian. Pandect.48. § 16.* Qui corruptus pretio per fraudem male iudicat, infamatur ipſo iure. *Iſocrat. ad Nicoclem.* *l.1.§.1.& 2. D. de calumn.* *l.2. C. de pœn. iudic. qui male iudic.* Concludemus autem cum Auguſtino: *Non ideo debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verum teſtimonium, quia vendit Aduocatus iuſtum patrocinium, & iuriſperitus verum conſilium. Vbi enim inter vtramque partem ad examina adhibentur, iſti ex vna parte conſiſtunt. Cum autem iudicia & teſtimonia, quæ nec iuſta nec vera vendenda ſunt, iniqua & falſa venduntur, multo ſceleratius vtique pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiam, quamuis à volentibus, datur.* *Auguſtin. Epiſt.54. ad Macedon.* Hactenus Auguſtin.

HORREN-

HORRENDVS LITIGATORIS EXITVS *ac interitus.*



Ecquid de regido fuerit tibi iure relictum, Singula non referam: ſunt ornamenta ſepulchri
Ancipites caſus cùm peragratus eris! Conſcia mens praui pauperieſq; grauis.
Was hülffts nun wan du lang gezanckſt? Du muſt doch endlich ſeyn ſchabab:
Dem Richter vmb ſein arbeit danckſt! Armut, Boſgwiſſn, leit dich zu Grab.
Quand Proces, ô pauure homme t'aura reduit à rien, La foſſe te feront mauuaiſe Conſcience;
Tu mourras, et ton ame Satan trouuera bien: Auec la Pauureté, lors auras Patience.

Cataſtrophe Litigatoris. EX inextricabili litium ac litigatorum Labyrintho nos fere extricauimus, & ad Cataſtrophen proceſſus incommoda deduximus, iacet nunc in letifero ſtramine litigator, iamiam infelicem & litigioſam exhalans animam, quam fœdum proceſſus monſtrum, hoc eſt, ipſe Satanas rapit, & ſecundum Poëtam:

Virgil. lib. Æneid.

Vita heic cum gemitu fugit indignata ſub vmbras:

Iuueal. Satyr. 12

I nunc, & ventis animam committe. Iuuenal. Satyr. 12.

Nouiſſima Litigatoris. Atque adeo nouiſſima Litigatoris hîc nobis deſcribuntur, quæ ſunt:

PRIMVM.

Primvm. *Extrema paupertas*, quî enim fieri aliter poterat, cum proceſſus ἄπληϑον monſtrum omnia vorauerit. Dixit fortaſſe litigator, cum res eius adhuc eſſent integræ, cum Leonis illius Ruffi Pragenſ. vxore, *Deus vt maxime omnes ſuas in me conuertat vires, ad pauperiem tamen redigere non poteſt*, at nunc euentus aliud docet. *Alterum* nouiſſimum litigatoris eſt *mala conſcientia.* Impoſſibile enim eſt inter tot procellas liuidi & inquieti litigatoris ſaluam retineri conſcientiam poſſe. Sed quantum *bona conſcientia* bonum! quantum viciſſim *mala conſcientia* malum! Certe ſi fama, fides, oculus, multo minus conſcientia luſum patitur. Exemplis compertum eſt, quam atrociter mala conſcientia ſæuiat expergefacta, vt vel mille mortibus deterior ſit ac crudelior: Non de nihilo eſt, quod Poëta canit:

Selnecc. part. 3. Homil. referi Hiſtor.

Bona conſcientia, bonum, mala conſcientia, peſſima.

——— *Quos dici conſcia facti*
Mens habet attonitos & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum!
Pœna autem vehemens & multo ſæuior illis
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.

Iuuenal. Satyr. 13.

In eundem ſenſum recte D. *Luther. Conſcientiæ vox, vere eſt malorum lerna & ilias. Eſt Cacus, Cerberus, Furia, Erynnis, & quicquid eſt iſtiuſmodi Poëticorum monſtrorum.* Quare *ſicut lumen candelæ vel lucernæ ponitur in domo, vt pateant & diſcernantur ea quæ in domo ſunt: Sic Deus poſuit conſcientiam in medio cordis, vel animæ rationalis, tanquam lumen, quo videat anima atque diſcernat, quid facere vel non facere debeat. Conſcientiæ*, aiunt, *mille teſtes. Quid igitur prodeſt recondere ſe, & oculos hominum aureſq; vitare, cum tute ſcias? ô te miſerũ, ſi contemnis hunc teſtem! Fugit impius nemine perſequente, quem perſequente nemine fugit? Intus habet agentem conſcientiæ accuſatorem, & hunc vbique circumfert: & ſicut ſeipſum non poteſt fugere, ſic nec intrinſecus ſe agitantem, ſed quocunq; abeat, flagellatur; & vulnus habet immedicabile. ô beatum illum quem conſcientia propria non condemnat! & qui non decidit de ſpe ſua in Dominum. Bona conſcientia nullius oculos fugit. Intrat intrepidus, ſecurus exit qui tali fruitur.* Hanc tueatur quicunque animam ſuam diligit, ac vitam. *Vltimum* nouiſſimum eſt infamis ſepultura, maledicta recordatio, & *mors itidem maledicta* coram Deo, & *inhoneſta* coram hominibus. At quantum, bona fama, bonum! imo vero quantus, æternus ignis, cruciatus, vt recte *Auguſtinus: Quæcunque ibi mitiora tormenta ſunt, peiora ſane ſunt, quam quæ formidas in iſto ſeculo.*

D.M.Luther. in 38.c.Eſaiæ.
Autor libri planctus Eccleſiæ Aluarus.
Seneca Philoſoph. Epiſt 43
Prou.28.v.28
Chryſoſt. Hom. 8. ad popul. Antioch.
Syr.14.v.2.
Hieron. Epiſt. de vitand. ſuſpect contubern.
Prou.22.v.1.
Marc.9.v.44
Auguſtin. de verb. Apoſtol. Serm.18.

ADOLESCENTIA VERSATILIS ET flexanimis.



Impiger eſt Satan, ſua paſsim Retia tendit,
Vt fallat Jeuenem Decipiatq; virum:
Der arge Feind, die alte Schlang;
Treibt ſein betrug, wie von Anfang:
Satan non negligent commence de bon heure
A tenter les humains, c'eſt une choſe ſeure:

Mille voluptates animis objectaq; milla
Ingerit, ut nestat vincula Lenta pedi.
Gibt manchen eyn und böſe begierd;
Durch welch er ſehr betrogen wirt
Volupté de Ieuneſſe tient le pied ſermement
Mais lui ſemploye á peindre le coeur diligemment.

ADOLESCENTIA. ADOLESCENTIA & iuuentus quam facile in quamuis partem trahi poſſit, hæc Emblematica Tabella pulcrè edocet. Aiunt eſſe mentem adoleſcentis ſimiſem *ceræ*, quæ quomodocunque velis, formari, ſeu in *Simil.* quamlibet formam flecti poſſit. Similem itidem eſſe *vacuæ Tabellæ*, in quã *Horat. in Epi. ad Lollium.* quiduis imprimi & inſcribi poſſit. Et ſane *à teneris adſueſcere multum eſt.* Et: *Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem, teſta diu, &c.* Vt recte monuerit *Prou. 22. v. 6.* Sapiens: *Inſtrue puerum pro ratione vitæ ipſius, etiam cum valde ſenuerit non recedet ab ea.* *Vſus.* Quod conſiderare oportebat omnes, quibus informandorum

puerorum

puerorum & adoleſcentum cura diuinitus commiſſa eſt, ne pueritia, adoleſcentia, iuuentus indefeſſo Satanæ ſtudio (vt hîc videre eſt) corrumpatur. Meminit alicubi *Nazianzenus*, quàm ſeni etiam ſibi vox auiæ, prima Chriſtianæ pietatis rudimenta prælibantis, auribus inſuſurret. Notiſſimum eſt illud *Themiſtoclis*, qui poſteaquam *Miltiades* factus Imperator eſſet apud Marathonem, deuiciſſetque Barbaros, iam nullus offendit illum quicquam agentem præter decorum, percontantibusque, reſpondit: *Miltiadis tropæa non pati ipſum dormire nec ceſſare. Hercules* (ſi vera ſunt, quæ narrantur) in cunis adhuc vaginus duos eliſit angues. Refert Remus in Spicileg. in Prouerb. Salom. p. 246. Geſner. itid. in Onomaſt. §. Hercules. Et exſtat ap. Diodor. Certè vbi talem φύσιν iam ante ad virtutem propēdentem plus ſatis inuenit μάθησις, non poteſt non eximium quid & ſingulare inde enaſci. De *Origene* ſane referunt, quod iam inde à prima pueritia, & Ephebi curſu de rebus ſummis cum patre Leonida contulerit. De *Athanaſio* itidem referunt hiſtoriæ, quod, puer adhuc, in quadam feſtiuitate, dum pueriliter cum coætaneis ſuis luderet (inſpectante *Alexandro Alexandriæ* Epiſcopo) ad littus maris in agmine puerorum (quaſi Epiſcopus eſſet) quoſdam pueros baptiſauit, quoſdam Presbyteros, & ad alia Eccleſiaſtica miniſteria ordinauit. Hac actione motus *Alexander*, prædictorum puerorum parentes per Deum obteſtatus eſt, vt hos pueros ita inſtitui curarent, vt aliquando ad ea miniſteria adhiberentur; quod & factũ, præludente in illis in pueritia adhuc diuino Genio & Ingenio. Viciſſim ſæpe etiam vſu venit illud Venuſini: *Et inceſtos amores de tenero meditatur vngui*, vt improbus amor aureis huic adoleſcenti compedibus pedes innectit, & in ſuam naſſam trahit. Et iſtud Tulli: *Nunc autem ſimul atque editi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuò prauitate & in ſumma omnium peruerſitate verſamur, vt pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur.* Satan huius adoleſcentis cordi exempto inſculpit quicquid vult. Quare ſumma cautione opus parentibus, nutricibus, præceptoribus, ac paſtoribus τὰ Α᾽ρνία Domini paſcentibus, vt in inſtitutione pietatis ſint ſeduli *bonis verbis & grauibus verberibus*. Nam ſecundum Sapientiſſimum: *Ne ſubtrahas à puero caſtigationem, cùm percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius à ſepulcro eripies.*

Gregor. Nazianzen. de Auia ſua.
Themiſtoclis præcocia.
Eraſm. Apophthegm. lib. 5. p. 381.
Μάθησις cũ indole coniuncta quid efficiat?
Euſeb. Cæſarienſ. lib. 6. Hiſtor. Eccleſ. c. 2.
Sozom. lib. 2. c. 17.
Ruffin. lib. 1. c. 14.
Nazianzen. in Orat. funebr. in Athan.
Theodoret. lib. 1 c. 25.
Oſiand. Centu. Eccleſ. 4. lib. 2 c. 13.
Horat. in Odis. & in ſermonib. Vrit mature, &c.
Cicer. Tuſcul. quæſt. lib. 3.
Iohan. 21. v. 15
Prou. 23. v 13 & ibid. v. 14.

ALTIORA TE NE QVÆSIERIS.



Coeca Voluptatum plenos, auidóſq; Coronæ
Et nummûm, tenero fune Cupido trahit:
Aſcenſus faciles animóq; volente parantur
Euecti lapſu ſed grauiore ruunt.

Wer núr ſtrebet nach gút vnd gelt,
Vnd wie er groß ſey in der welt,
Kan bald hoch werden an gebracht:
Seins falles aber mancher gar nicht lacht

Cupidon eſt bien Fort, ou tu ne peſes guere,
Puis qu'à ſoy t'eſleuer il peut, ſans ſe mal faire:
Tu ſeras bien toſt riche, courage, monte auant,
Car Cupidon n'eſt foible & tu n'es pas peſant.

Φιλοδοξία. VIdes hominem, ſumma induſtria ad *diuitias, honores,* & *clauum* gubernaculi enitentem.

Virgil. Eclog. 2
Martial. Epigram. libr. 41.

O Corydon, corydon, quæ te dementia cæpit!
Quod ſis, eſſe velis, nihilq; malis.

Luc. 8. v. 14. *Matth. 19. v. 24.* *Seneca Epiſt. 16.* ἡ πιλία τλῶ

Diuitiæ, ipſo ipſiuſmet τοῦ Σωτῆρου effato, *ſpinæ* ſunt, quas niſi quis cautiſſime tractauerit, lædunt ipſæ, non delectant. An non audiuiſti, *Tam difficile,* atque adeo *difficilius eſſe ingredi diuitem in cœlorum regnum, atqui camelum per foramen acus*? Vel illud *Senecæ* audi: *Multis ad Philoſophiam* (Pietatem, Honeſtatem, Salutem,) *obſtitere diuitiæ, paupertas expedita eſt, ſecura eſt.* Ad *honores* adſpiras,

adſpiras, & eminerē vis in hoc mundo; An neſcis:

Ima tenent pacem, perflant altiſſima venti.

Gloria & honores huius ſeculi ſunt inſtar *Crocodili*, vt *fugientem perſequantur; perſequentem fugiat. Qui ſeipſum exaltat, humiliabitur*, inquit *Dominus* Saluator.

Seruat placidos obſcura quies,
Præbet ſomnos caſa ſecuros.

Audi monito *Sapientis: Fili, opera tua humiliter ad finem perduc, & ab homine accepto diligeris. Quo maior es eo magis teipſum abijce, & coram Domino conſequeris gratiam. Multi ſunt excelſi & glorioſi ſupra modum, ſed manſuetis reuelantur arcana. Nam magna eſt poteſtas Domini, ſed ab humilibus gloriam adipiſcitur.* Ambitioſi autem & arrogantes *tolluntur in altum, vt lapſu grauiore ruant*, quod & *Horatius* monet:

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq́ ſummos
Culmina montes.

Ego ſane dicam cum *Seneca:*

Stet quicunque volet potens
Aulæ culmine lubrico
Me dulcis ſaturet quies:
Obſcuro poſitus loco
Leni perfruar otio.

De regnandi cupiditate rectiſſime *Prudent.* περὶ στεφάν.

Quid iſta dignitatum culmina
Cenſemus eſſe; nonne curſim tranſeunt
Faſces, ſecures, ſella, prætexta, toga,
Lictor, Tribunal, & trecenta inſignia
Quibus tumetis, noxq́ detumeſcitis.

Porro de *gubernaculis* audi Sapiētem: * *Ne quæras fieri Iudex, nec requiras principatum, neque à rege cathedram gloriæ. Damoclis* hæc inſania eſt. *Auguſtinus. Hoc vitium malum, & vitium primum eſſe dicit: Nam primus homo dominari voluit;* quod recte intelligens rex *Antigonus*, cui cum diadema imponeretur, indueretur chlamys Imperatoria: *O nobilem* (inquiebat) *magis quàm felicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat, quàm multis ſollicitudinibus, & periculis & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet.* Sed *dulce bellum inexpertis*, & αὐθάδεια huius ſeculi plane eſt *Gigantæa* & *Phaëthontica*, cæcaque cupidine feruntur multi.

σοφίαν ἐλέγχειν. vide Eraſ. Chiliad. "

Luc. 14. v. 11.

Plin. Natural. Hiſt. lib. 8. cap. 25. Simil. adcommodiſſ.

Senec. in Hippolyt. Act. 4. Scen. 2

Syr. 3. v. 19.

ibid. v. 20.

ibid. v. 21.

Claudian.

Horat. Odar. lib. 2. Oda 10. Hanc Oden omnes regnipetæ accuratè legant.

Seneca in Thyeſt. Act. 2 Scen. 2.

* *Syr. 7. v. 4. 5. 6. &c.*

Plutarch. in Dionyſ. Syracuſano.

Auguſt. Epiſtol. 111. ad Iulian.

Stob. ſerm. 47

Valer Maxi. lib. 7. cap. 2. Obſecr. vid. AElian. var. hiſtor. de Dionyſ. II. Syracuſ Tyrann. quis ſit finis; & Fl. Vopiſc in Saturnin.

SI DIVITIÆ AFFLVANT, NOLI COR apponere.



Sed cúm Jam pleno Saccus tibi turgeat ore; Fallaces vafri cautus fuge dæmonis aſtus:
Cúm Jam poſsideas, mens tua quicquid amat, Ponituer in nitido Spes male-tuta luto.
Wan nún Kist vnd Kaſt iſt gefüllt, Bewahr dich wol: der iſt ein Geck,
Vnd haſt alles was du nur wilt, Der ſich verläſst vff gelben Dreck
Puis qu' amaſſé tu as de richeſſes grand nõbre, Sois donc joÿeux, & plante ſur doublons ton Eſ:
Jl ne t'eſt de beſoin de craindre aucun encombre: Jaçoit que Satan t'aide, ſi ne le peux tu voir. [pour.]

Fiducia in diuitiis eſt apoſtaſia à Deo. SPem ponentes in corporalibus diuitiis heic prolixe perſtringuntur. Et quidem multa illi faciunt mala. Nam *primo* apoſtatant à Deo, quem abnegant, & ex fortunis ſuis εἴδωλον faciunt, vnde Auaritia ab Apoſtolo per expreſſum εἰδωλολατρεία appellatur. Et *Dominus Saluator: Impoſsibile eſſe,* ait, *vt quis Deo ac Mammonæ ſeruiat, quoniam aut vnum odio habeat, oporteat; & alterum diligat: & aut vnum ſuſtineat, & alterum contemnat.* Quod ipſum piè intelligens *Iob*, de ſemetipſo ait: *Si poſui ſpem meam in auro, aut inſigni auro dixi:* * *Fiducia mea.* Sapiens itidem Auaros *auro ſacrificare* ait: hoc eſt. Eum opibus

Epheſ.5.v.5. Coloſſ.3.v.5. Matth.6.v.24.25. Luc.16.v.13. Iob.31.v.24.

* *Luther. recte vertit:* Du biſt mein Gott.

pibus cultũ exhibere, qui vni ſoli ac vero Deo debeatur; qui eſt: ſuper omnia confidere: ſpem fixam in ipſo habere. Deinde ab Apoſtolo deſcribitur, *eſſe omnium malorum radicem*, ponere ſpem in diuitiis, & certe ad multa ſcelera deteſtanda impellit, quod vel ex vno *Iudæ Iſchariotis* exemplo perſpicuum eſt, qui hac peſte infectus prodidit Magiſtrum ac Dominum ſuum: vt recte *Auguſtinus* exclamat: *Inſatiabilis eſt ſola auaritia diuitum, ſemper rapit ac nunquam ſatiatur, nec Deum timet, nec hominem reueretur, nec patri parcit, nec hominem cognoſcit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem ſeruat. Viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in ſeruitium reuocat: Teſtimonium falſum profert. Res mortui occupantur: quare & qui faciunt, non moriuntur? Quæ eſt illa animarũ inſania, amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cœlum, &c.* Iterum inſatiabilis plane eſt eorum auri, argentique & fortunarum ſitis, qui ſpem in diuitiis ponunt; Nam auarus *tam non habet id, quod habet, quam quod non habet*, idemque plane euenit illi, quod hydropico:

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Non enim modum habet Auaritia, nec capiendo expletur, ſed incitatur, hoc egentior, quo plura quæſiuit, ſemper auarus eget.

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Succreſcunt & opes & opum furioſa libido
Et cum poßideant plurima, plura petunt.

Denique certiſſimam ſecum trahit pœnam cùm temporalem, tùm æternam. Annon magna eſt pœna, inſtar ignis omnia abſumere, & expleri non poſſe; Annon maxima pœna, vigiliæ, & anxietates perpetuę ſine trãquillitate & remiſſione: *Vigiliæ enim diuitiarum cauſſa tabefaciunt carnes, & cura earum amouet ſomnum. Sollicitudo peruigil poſtulat dormitionem, & infirmitatem grauem eluit ſomnus. Defatigatur diues in cogendis pecuniis, & nunquam impletur delitiis ſuis. Qui amat aurum, non erit iuſtus, & qui perſequitur corruptionem, hîc implebitur ea. Multi fuerunt vincti propter aurum, & perditio eorum occurrit eis.* Æternam etiam ſecum pœnam trahit: *Eſt enim opus carnis.* & *Idololatræ* (inter quos auari cenſetur) *non hæreditabunt regnum cœlorum; Vbi lucrum, ibi damnum. Lucrum in arca, damnum in conſcientia, & in anima. Qui enim diteſcere volunt in hoc ſeculo, incidunt in tentationes & laqueos, & deſideria multa inutilia & nociua; quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Tu autem ô homo Dei fuge.*

Syr. 31. v. 7. *1. Timoth. 6. v. 10.* *Matth. 26. v. 14. 15. & ſeqq.* *Auguſtin. de verb. Domin.* *Turpiſſima Auaritiæ effecta.* *Publ. Mimus.* *Ouid. lib. 1. Faſtor.* *Auguſtin. de interpellatione Iob.* *Iuuenal. Satyr. 14.* *Ouid. lib. 1. Faſtor.* *Eccleſ. 5. v. 10.* *Pœna Auaritiæ.* *Prouerb. 30.* *Syr. 31. v. 1.* *ibid. v. 2.* *ibid. v. 3.* *ibid. v. 4.* *ibid. v. 6.* *Galat. 5. v. 20* *1. Cor. 6. v. 9. 10.* *Epheſ. 5. v. 5.* *Auguſt. Sermon de X. plag.* *1. Tim. 6. v. 9. 11.*

STVL-

STVLTE, HAC NOCTE REPETENT animam tuam.



Mors aderit tandem, quæ nulli parcit honori, Hæc ubi lethiferis ſupra caput adſtitit armis,
Quæ cunctos Coecas cogit inire vias Heu quam tunc nullo pondere nummus erit!
Wan endlich der Todt Komt Daher Du muſt da von, ein ander nimt
So gilt alles Gelt gantz nicht mehr: Dein Gut, Du weiſt nicht wers bekumt
Mais quec ton Eſpoir tune pourras pas viure, Lors que la Mort ſa fleſche en ton coeur fourrera.
N'offrir a l'Eternel rançon qui te deliure, Adonc des tes richeſſes vn autre jouira

Diuites huius ſeculi. QVI aurum, argentum, opesque huius æui corradunt, materiam conquirunt, vnde & infelicius & illibentius concedant naturæ, ſi euocentur. Vnum omnium loco exemplum Dauidis precatio: *Fac vt experiar*
Pſal. 39. v. 5. *Iehouah finem meum, menſura dierum meorū quid ſit; experiar quam durabilis ſum;*
ibid. v. 6. *Ecce palmares diſpoſuiſti dies meos, & tempus meum vt nihil eſt coram te: Profecto omnino vanitas eſt omnis homo coram te: per imaginem præterit: in vanum perſtrepit:*
ibid. v. 7. *Congregat, ſed neſcit quis recepturus ſit ea.* Hoc præſens noſtrum Emblema
» ob oculos nobis ponere ſatagit. Spem enim ponenti in diuitiis, mors iaculo

culo inſidiatur lethifero: Nimirum! vere ſapit Syracides: *Eſt qui diteſcit attentione & parſimonia ſua: atque hæc portio ipſius eſt è mercede ipſius: Quod cum dicit illi, inueni requiem, & iam comedam indeſinenter de bonis meis: Neſcit tamen quale tempus præteribit ipſum, vt ea relinquat aliis moriens.* Exemplo rem *Dominus Saluator* facit magis perſpicuam: *Erat*, inquit, *homo diues, cuius ager huberes fructus attulit. Et cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos. Et dixit: Hoc faciam, Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi. Et dicam animæ meæ: Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, Hac nocte repetent animam tuam à te: quæ autem paraſti, cuius erunt? Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.* Sane *diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet.* Atque adeo vere, Syr.11.v.8. ibid.v.9. ibid.v.10. Luc.12.v.16. ibid.v.17. ibid.v.18. ibid.v.19. ibid.v.20. ibid.v.21. Iob.c.27.v.19

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates. Propertius.

Vt perdix, ait Propheta, *colligit oua, ſed non excludit, ita comparans diuitias, ſed iniuria, mediis diebus ſuis derelinquet eas, & tandem erit ſtultus.* Quod ipſum etiam prophanus *Martialis* in Tibullum irridet hîs verbis: Ierem.17.v.11

Titulle moneo, viue, ſemper hoc ſerum eſt, &c.
Et mane ſudas vrbis, oſculis vdis, &c.
Curris per omnes tertiasq; quintasq;:
Rape, congere, aufer, poſſide, relinquendum eſt.
Superba denſis arca palleat numis,
Centum explicentur paginæ Calendarum
Iurabit hæres te nihil reliquiſſe.

Martial.Epigrammat.lib. 11.p.75.edit. Froſchoueriana.

Et *Seneca* noſter plane probe atque eleganter, vt omnia: *Nulli*, inquit, *mortuo terra tam grauis eſt, quam iſtis, ſupra quos auaritia vrgens terrarum pondus iniecit, quibus abſtulit cœlum, quos in imo, vbi illud malum virus latitat, infodit. Illo deſcendere auſi ſunt, vbi nouam rerum poſitionem, terrarumq; pendentium halitus, ventosq; per cœlum inane experirentur, & aquarum in illis fluentium horridos fontes, & altam perpetuamq; noctem. Deinde cum illa fecerint, inferos metuunt.* Senec.Philoſ. Natural. quæſtion.lib. 5.c.15.

Quare theſauriſate in cœlo, vbi locus, vrbs, & patria noſtra eſt. Vbi enim theſaurus veſter, ibi cor veſtrum. Matth.6.v. 19.& 21. Iohan.14.v.2 Gal.4.v.26. Heb.13.v.14.

VARIVS DIVITIARVM VSVS ET abuſus.



Quis furor eſt timidè terris committere terras!
Ah miſer, hac animam confodis arte tuam!
Vtere quæſitis, comparſis vtere rebus,
Diuitiæ grandes ne tibi damna ferant.

Es iſt furwahr des Spottens werth,
Die Erd begraben in die Erd,
Brauchs, legs recht an, was Gott beſchehrt,
Vff das dein Seel nicht wirdt beſchwärt.

Condamner les Richeſſes, qui ſont vn don de Dieu,
Il ne faut; Mais d'icelles faire bien en tout lieu:
Pluſtot te faut chaſser, ô maudite Auarice,
Qui l'Argent enfouis, et qui nourris tout vice.

Virgil. lib. 2. Æneid.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

PArs è terræ receſſibus magna induſtria, ſtudio atque labore conquirunt theſauros, aurum, argentumque, de quibus Poëta,

Ouid. lib. 1. Metamorph. fabul. 5.

——— Itum eſt in viſcera terræ,
Quaſq; recondiderat, ſtygiiſq; reconderat vmbris
Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodierat, cuius diraq; cupidine tandem
Omne nephas, fugere procul, verumq; fideſq;:

In quo-

In quorum ſubiere locum fraudesq́ doliq́
Inſidiaq́, & vis, & amor ſceleratus habendi.

Pars in terra abdita recondunt aurum, argentum, & quicquid theſaurorum habent. Vtra pars rectius ſentiat, agatve, dubites! Verum heus tu, qui Deum, Theſaurumq; tuum in terram abdis. Anne fugit te iſtud Saluatoris tui: *Vbi theſaurus veſter, ibi cor veſtrum*? Nimirum recondis Theſaurum tuum, recondis itidem cor & animam, & in tempore te præparas ad deſcenſum in terræ ima, hoc eſt, in ipſum inferni Barathrum. Sed quanta tu, quæſo mala. Ita *fraudas* * *Deum* neceſſario numo, quem ad cultum diuinum contribuere debebas: *Non enim vacuo tibi comparere coram Deo licet. Fraudas Magiſtratum*, cui *vectigal* debemus atq; *tributum*. Fraudas *domeſticos*, quos *honeſte curare* teneris. Fraudas *pauperes*, quibus manum aperire iuberis. *Fraudas* denique *teipſum* neceſſario ſubſidio, vt non tantum naturæ, ſed & honori famæque conſulas atque ſatisfacias. Nam *ſplendido in cibis, benedicunt labia, & teſtimonium fidele bonitatis illius*: *At improbo propter cibum obmurmurat ciuitas, & accuratum eſt teſtimonium improbitatis illius.* Adde, quod temetipſum fraudas *precibus* legitimè faciendis, & earum exauditione. *Qui enim obthurat aurem ſuam à clamore pauperis, etiam ipſe clamabit, ſed non exaudietur.* Et quid quæſo in terræ receſſu faciet theſaurus, qui ad nihil vtile erit tibi. *Metallario* recte adſimilaris, ſeu ad metalla damnato, qui dum effodiendo auro operam das, nullum tamen inde emolumentum percipis. *Abortiuus ſane te longe præſtat.* Etiam vanus ac profanus Poëta te ſuauiter largiterque deridet:

Math. 6. v. 21. *Mala, quæ recondens in terra theſaurum, facit.* * *Exod. 23. v. 15.* *Deut. 16.* *1. Cor. 9.* *Galat. 6. &c.* *Rom. 13. v. 7.* *1. Tim. 5. v. 8.* *Deut. 15. v. 7.* *Syr. 31. v. 28.* *ibid. v. 29.* *Prouerb. 21. v. 13.* *Simile appoſitiſſimum.* *Eccleſ. 6. v. 3.*

Si quis emat cytharas, cytharas comportet in vnum
Nec ſtudio cy. haræ, nec Muſæ deditus vlli.
Si ſcalpra & formas non inter: nautica vela
Auerſus mercaturis delirus & amens,
Vndique dicatur merito, quid diſcrepat iſtis
Qui numos, aurumq́ RECONDIT, neſcius vti.
Compoſitis, metuensq́ velut contingere ſacrum?
Si quis ad ingentem frumenti ſemper aceruum
Porrectus vigilet, cum longo fuſte, neq́ illinc
Audeat eſuriens Dominus contingere granum
Ac potius foliis parcus veſcatur amaris, &c.

Horat. Serm. lib. 2. Satyr. 3.

26.

Μέγας πορισμὸς ἡ εὐσέβεια μετ᾽ αὐταρκείας.



Nobile vincendi genus eſt Patientia, et Herbæ
Nobilis hæc virtus nomina iure gerit:
Aſperius nihil eſt, ſi deſit Pauperis horto:
Pauperiem fugito; fer patienter onus.

Gedult iſt Zwar ein Edel kraut,
Wirt aber nicht allweg erbaut:
Schlegt Zu der Armut vngedult,
Soiſt verlohren aller huldt.

Ce n'eſt en Pauvreté que la Vertu conſiſte:
Mais l'Homme vertueux à tout malheur reſiſte
Par belle Patience; Ainſi à le Sauueur
Emporté la victoire de toute ſa douleur.

PATIENTIA. PATIENTIA heîc commendatur, cum in genere, tum in ſpecie. Præfigurat id in ſinu *Agnus Patientiæ hieroglypton:* quod vero cubitu libro Euangelij innititur, eo docere vult, ex libro Euangelico Patientiam addiſcendam & comparandam. (*Patientia vnde hauriatur. Pſal.119.v.92.*) Et ſane Codex Euangelicus oſtendit fontes conſolationum, atque adeo fundamenta patientiæ in quouis malo, ſiue morbi, ſiue calumniarum, ſiue alius cuiuſque mali, quod vel corpus vel animam vel vtrumque comprimit aut prægrauat. (*Patientia quid. Ex Lactant. fere Inſtitut. lib.5.cap.23.*) Eſt autem *Patientia virtus*, cum agnitione diuinæ voluntatis, prouidentiæ, ſapientiæ, bonitatis, iuſtitiæ, maieſtatisque Deo nos ſubiicimus ad placide ferendam quamuis adflictionem crucemve, ab ipſo nobis impoſitam.

PRIMVM

PRIMVM igitur ac princeps Patientiæ fundamentum eſt *voluntas diuina*, mandatumque ad leniter ferendum malum: *Pro ſummo gaudio ducite*, inquit Apoſtolus, *quoties in tentationes varias incideritis. Et Dominus Saluator: In patientia*, inquit, *poſſidete animas veſtras*. In hac voluntate diuina nobis acquieſcendum eſt, maxime vero cum quotidie & ſemper, vt *voluntas Domini fiat*, Dominum ipſum precemur, *Ne inueniamur tanquam voluntati diuinæ repugnaturi*. Deinde quemadmodum in veteri Lege habebant exemplum Patientiæ, *Iobum*, illuſtre ſane ſpeculum, in quod intueri debebant: Ita in Noua *nos habemus authorem ac conſummatorem* Patientiæ atque *ſalutis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, qui non tantum ad Patientiam euocat, ſed etiam Patientiæ prolixam facit promiſſionem, dicens: Ὁ *γὰρ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι, μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου: ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ*. * Cæterum nihil proficiemus reluctando ſub cruce, quàm quod iram Dei in nos eo acrius prouocamus atque laceſſimus. Viciſſim autem Patiẽtia magnum habet vſum. Et eſt certiſſimus *modus victoriæ obtinendæ*, quemadmodum in verſu dicitur:

Nobile vincendi genus eſt Patientia, vincit
Qui patitur, ſi vis vincere diſce pati.

Patientia parit experientiam; experientia ſpem; ſpes autem non confundit: Quemadmodum fornax aurum, ita crux patientiam noſtram probat. Patiens forti longiſſime præſtat. Inprimis firmet noſtram patientiam, *cauſſa paſſionis*, quod *non patimur vt fures aut huiuſmodi, ſed Deum celebramus*. Verbo dicam: *Patientia medium eſt adipiſcendæ benedictionis*. Vt exẽpla † *Abelis, Ioſephi, Iobi, Dauidis, Pauli*, * *Laurentij*, & reliquorum, &c. oſtendunt. Illam autem inprimis adhibere decet ſub onere paupertatis, maxime ſi præter tuum meritum id feras. Paupertatis illius veræ dico, non laruatæ, qua *pauperes ſunt ſine defectu*, vt D. *Bernhardus* loquitur, *qui paupertatem vili palliolo præferunt, reipſa autem Crœſi opibus incubant, ſed qui reuera pauperes ſunt*, & qui vnde ſe ſuosque neceſſario quoad victum & amictum alere ac ſuſtentare poſſint, non habent, his patientia opus, vt conſiderent, *Filios ſe ſanctorum eſſe, & vitam illam exſpectare, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo:* Eoque alacrius cum Tobia dicant: *Noli timere fili mi, Pauperem quidem vitam ducimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene*. Non dicam, quod corporalis paupertas *theſauriſare* nos docet *in cœleſtibus*.

Fundamenta & fontes conſolationum.
Iacob.1.v.2.
Luc.21.v.19.
Ex & in Oratione Dominica.
Matth.6.v.10
Luc.11.v.4.
Actor.5.v.39
Iacob.5.v.11.
Heb.12.v.1.2.3. & ſeqq.
Apoc.3.v.vlt.
** Vid. exl. Iob. c.3.*
Ierem.c.20. &c.
Ἄδηλον.
Rom.5.v.4.5
Syr.2.v.5.
Prou.16.v.32
1.Pet.4.v.12.13.14.15.16. &c.
Heb.10.v.36.
† *Gen.4. & c.37.39.40.*
Iob.1.2. & 5.
1.Sam.18. & ſeqq.
2.Cor.11.12.
** Prudent.* περὶ στεφάν.
B. Bernhard. conſ. ad Eug.
Hieronym. Prœm. lib.8. Comment. in Ezech. ad Euſtoch.
Id. cap.3. in Mich.
Tob.2.v.14.
ibid c.4.v.23
Matth.6.v.19.

JNTRATE PER ANGVSTA.



Per duros caſus dextrum pætit ardua callem Tramite ſed læuo crudeles itur ad umbras,
Virtus et tandem laudis honore beat: Omni vincit ubi gaudia parte malum.
Die Tugend fuhrt vff rechter ſeit Der wolluſt weg iſt wol gebahnt,
Durch gros beſchwerd Zur herrlichkeit Vnd bringt Zu ewger qual vnd ſchandt.
D'vn coſté à ſoy tire du Monde le Plaiſir, Mais de l'autre coſté le Labeur honorable
Ceux trouuent qui le ſuiuent, de l'Enfer Deſplaiſir Monſtre Felicité et Gloire incomparable.

Biuium hominis Chriſtiani. HOminem Chriſtianum in biuio ſtantem vides, quem ex altera parte ſollicitat *Libido* & *Voluptas* ad delicias atque illecebras huius æui; ex altera *Pietas* ad Virtutes & Bona opera euocat, ſtimulaturque. *Vnde deſumpta.* Deſumptã eſſe Tabellam arbitror ex hiſtoria Herculis, cui, vt *Diodorus Siculus* author „ eſt, ſecundum quietem obuerſaræ ſunt duæ Diuæ; *Virtus* & *Voluptas*, qua- *Herculis biuium.* „ rum hæc pulcram ipſi planiciem ad omnis generis libidines huius æui „ commonſtrârit, & ad iter hoc itandum pellexerit: Illa vero oſtenſa accli- „ ui & ſalebroſa via ad labores & onera, ad hæc incitans: *Illius finis* fuerit *i-* „ *gnominia & perditio: Huius, Virtutis,* dico, callis, *finis Honos* & *Gloria:* ſed ille

poſtha-

poſthabitis voluptatis illecebris, Virtutis callem iniit ac perſecutus eſt, "
quo Honorem, Gloriam, & Immortale nomen eſt conſequutus. Quod "
ipſum Domini Saluatoris monitum eſt: *Contendite intrare per anguſtam por- tam: quia lata porta eſt, & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam!* Hanc muniit mandato & exemplo ſuo ipſe Dominus, & *per anguſta* * perrupit ad *auguſta*: qui in culmine nunc ſedens *ad Patris dextram in excelſis*, euocat ad ſequelam cunctos perire nolentes. *Lactantius Firmianus* in hunc modum videtur interpretari: *Dicunt humanæ vitæ curſum Y literæ eſſe ſimilem, quod vnuſquiſque hominum, cum primum adoleſcentiæ limen attigerit, & in eum locum venerit, partes vbi ſe via findit in ambas, hæreat nutabundus, ac neſciat, in quam ſe partem potius inclinet. Si Ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem, honeſtam ac copioſam vitam diſputant peracturum. Si vero Doctorem frugalitatis non inuenerit, in ſiniſtram viam, quæ melioris ſpeciem mentiatur, incedere.* Hactenus *Lactantius*. Sed hic cuiuis pio ſpectandus eſt vtriuſque tramitis finis. Voluptatis enim trames ad interitum ducit, dicente Propheta: *Auelluntur iſti vt oues trahendæ ad mactationem, & præparantur ad diem mactationis.* Et iterum alio: *In lubricis ponis eos, deijcis eos in vaſtitates. Abeunt in deſolationem q. momento, deſinunt & conſumuntur in terroribus. Gloria* autem viciſſim *& Honor & Pax omni operanti Bonum.* Nam *iuſtus vt palma germinabit, vt Cedrus in Libano creſcet. Plantati in domo Iehouæ, in atriis Dei noſtri germina profundent.* Quod ipſum Romanis ſuo modo viſum eſſe, per Virtutem ad Honorem enitendum: per Templa *Virtutis* & *Honoris* contigua, de quibus *B. Auguſtinus* in hunc modum: *Via virtus eſt, qua nitimur tanquam ad poſſeſſionis finem, id eſt, ad Gloriam, Honorem, Imperium. Hoc inſitum habuiſſe Romanos, etiam Deorum apud ipſos ædes indicant, quas coniunctiſſimas conſtituerunt Virtutis & Honoris, pro Diis habentes, quæ dantur à Deo. Gloriam ergo & Honorem & Imperium, quæ ſibi exoptabant, & quo bonis artibus peruenire nitebantur boni, non debet ſequi virtus, ſed ipſa virtutem. Neq; enim vera Virtus eſt, niſi quæ ad eum finem tendit, vbi eſt bonum hominis, quo melius nō eſt.* & quæ ſequuntur. Quò pertinet & illud Poëtæ:

Matth. 7. v. 13.
ibid. v. 14.
** Mich. 2. v. 13.*
Epheſ. 1. v. 18. 19. 20.
1. Pet. 3. v. vlt.
Lactant. lib. 6 de vero cultu, cap. 10.
CAVTELA.
Ierem. 12. v. 3.
Pſal. 73. v. 18. 19. 20.
Rom. 2. v. 7.
Pſal. 92. v. 13
ibid. v. 14.
Alexand. Alexandr. lib. 4. c. 16.
Lib. 5. de ciuitate Dei, c. 12.
Ouid. lib. 1. Faſtor.

Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primum,
Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitiiſq; iociſq;
Altius humanis exſeruiſſe caput.
Non Venus aut vinum ſublimia pectora fregit
Officiumq; fori militiaq; labor.
Nec leuis ambitio, perfuſaq; gloria fuco
Magnarumve fames ſollicitauit opum.
Sic petitur cœlum, &c.

Τῷ καιρῷ

Τῷ καιρῷ λατρεύειν.



Maxima pars hominum ſtudio vexatur eodem Lubrica depellunt fluitanti tempora nexu;
Muſica, pocla, quies, alea, ſomnus, Amor; At bene temporibus qui vtitur, ille ſapit.
Mit trincken, ſchlaffen, ſingen, Der meiſte hauff vertreibt die Zeit,
Mit ſpielen, bulen, ſpringen, Wer acht Drauff hat, der iſt geſcheit.
Du monde la plus-part paſſe le Temps en ioye, Mais cependant le Sage le recoit, et, afin
Ne vois tu pas, coment ils le chaſſent envoye, D'euiter le dõmage, ſ'en ſert iuſqu'a la fin.

Omnia Tempus habent. Eccleſ.3. v.1. 2.3.& ſeqq.

NImirum, hoc ſibi vult hæc Tabella, quod *Sapientiſſimus* Mortalium, dicens: *Cuique rei ſua eſt tempeſtas, & tempus cuiq; voluntati ſub cœlis: Tempus pariendi, moriendi, plantandi, exſtirpandi: occidendi, curandi: rumpendi, ædificandi: flendi, ridendi: plangendi, ſaltandi, &c.* Quæ omnia cum certa lege à Deo ſancita, diſpoſita, & ordinata ſint, non decet hominem nexum hunc diuinum rumpere, ſed hoc vnice agere, vt quidlibet faciat ſuo tempore, quemadmodum Deum & naturam quiduis ſuo tempore agere videt:

Gen.9. v. vlt.

Currunt viciſſitudines *Veris, Æſtatis, Autumni, Hyemis*, & ſapientiſſime Prouerbio dicitur: *Tempus producit, non ager, Sol, Luna, ſtellæ*, ſeruãt ſuas ſtatas vices: *Cico-*

ces: *Ciconia in cœlo nouit ſua ſtata tempora, & turtur, grusq́; & hirundo obſeruant* *Ierem.8.v.7.*
tempus aduentus ſui: Tempus eſt omni rei. Adſpice ipſam creaturam paulatim ad fru- *Tertull. de ve-*
ctum promoueri: granum eſt primo; & de grano frutex oritur, & de frutice arbuſcu *land. virgin.*
la enititur, deinde rami & frondes inualeſcunt, & totum arboris nomen expanditur,
inde germinis tumor, & flos de germine ſoluitur, & de flore fructus aperitur.

——Omnia tempus *Claudian. lib.*
Nacta ſuum properant naſci. *2. in Eutrop.*

Quæ cum ita ſint, & nos tempus obſeruare, & vnumquodque ſuo tem-
pore facere debebamus. Certe obſeruamus *Tempora putandi vites, arbores:* *Plin. Natur.*
obſeruamus tempus metendi & inuehendi, & quæ ſunt ſimilia. Ad eun- *Hiſtor. lib.17.*
dem plane modum etiam reliqua nos facere conueniebat, maxime in o- *cap.39.*
peribus pietatis. Abſurdum & improbum certe eſſet, tempore fletus, ef-
flatis buccis ridere. Abſurdum tempore meſſis, arare velle, & quæ ſunt
huiuſmodi: Non minus abſurdum & impium eſt, tempore exercēdi cul-
tus diuini, aliis rebus ludicris inſudare, aut boues curare, aut culinæ inſer-
uire: quod de illis cœleſtis cœnæ contemptoribus *Sapientia Patris* refert: *Luc.14.v.18.*
Villam emi, neceſſe habeo exire. Iuga boum emi quinque, eo probare illa, & quæ ſe- *19.20.&c.*
quuntur. Vide turbam heîc prophanam, quàm intempeſtiue exercet a-
leam. impellit pilam. percutit lyram. aliis epulantibus ac pergræcanti-
bus. intēpeſtiuas aliis choræas ducentibus, aliis venatui ſudantibus, ad-
eoque Tempus teſtudine, alea, Venere, aliis, fugantibus, fallentibusque
pleriſque quin conuertentes dicimus: *Neglecimus Luciferum, quæramus tan-*
dem Heſperum. Pretioſiſſima eſt Temporis iactura. *Pudeat nos diem perdidiſſe.* *Bernhard.*
Tempori aptari decet; monet noſter Seneca. Et iterum: *Quædam tempora eri-* *Ref. Nobiliſſ. Salomon.*
piuntur nobis, quædam ſubducuntur, quædam effluunt. Turpiſſima tamen iactura *Neugebaur.*
quæ per negligentiam fit. Scientes igitur tempus, quia hora eſt iam de ſomno ſurgere: *Symbol. Elect. Centur p.263.*
Nox præceſſit, dies aduenit: Abijciamus igitur in tempore opera tenebrarum, & indua- *Daniel Ar-*
mus lucis arma, ambulantes honeſte tanquam de die, non in comeſſationibus, non in *chiep. Mogūt.*
cubilibus & impudicitiis, non in contentione aut æmulatione, ſed induamus Domi- *Medræ Act. 2 Scen. 4.*
num noſtrum Ieſum Chriſtum. Seramus in tempore, vt ſuo tempore etiam metamus: *Senec. Philoſ. Epiſt.1.*
ſeramus autem in ſpiritu, vt de ſpiritu metamus vitam. Tempus ſementis tempus eſt *Rom.13. v.11.*
præſens, & vita quam currimus. In hac licet nobis, quod volumus ſeminare. Cùm iſta *ibid. v. 12.*
vita tranſierit, operandi tempus aufertur. Vnde & Saluator ait: Operamini *ibid. v.13.*
dum dies eſt, veniet nox quando iam nullus poterit operari. *Gal.5.6.v.7.8*

Hactenus Hieronymus. *Hieronym. in Epiſt. ad Gal. cap.6.*

RES AGE.



Sedulitas monſtrat rationem ſemper habendam Temporis, hoc kbi ne patiamur iners.
Quisquis es Exemlis, et martis et Artis Alũnus, Sedulus officio diſce vacare tuo.

Beÿ dieſer Figur das betracht, Wie du der zeit ſolt haben acht:
Wart deins beruffs in deinem ſtand, Nehr dich des arbeit deiner hand.

Ie conſeille aux humains, moy qui ſuis Diligence, D'employer bien leur Temps, en fuyant Negligence.
Ie pren en ma beſoigne ma delectation: Va donc fay le ſemblable en ta vocation.

AGE TVA. *Rom.12.v.6.* CAPVT & ſummam huius Emblematis, in faſciculum compingit Apoſtolus ad Romanos ſcribens in hunc modum: *Habentes autem Chariſmata, ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentia, ſiue prophetiam ſecundum* *ibid.v.7.* *rationem aut analogiam fidei: ſiue miniſterium, in miniſtrando: ſiue qui docet, in doctrina:* *ibid.v.8.* *Qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in ſimplicitate: qui præeſt in ſolicitudine: qui miſeretur, in hilaritate:* quod tritus noſter verſiculus συλλήβδην effert:

Ἀ᾽λλοτριο ἐπισκόπων hodie maxima turba. Ἀ᾽δήλω.

Cuique ſit inprimis magnæ ſua lectio curæ,
Vt domus officiis ſtet bene recta ſuis.

Vult

Vult Deus Opt. Max. vnumquemque HOC AGERE, ad quod ab ipſo Deo Antiq. HOC AGE.
vocatus eſt, *ne* (vt Seneca loquitur) *effluat tempus, quo vel nihil, vel male, vel a-* Seneca.
liena agamus. Sit igitur Sacerdos ſeu miniſter *potens ad exhortãdum per doctri-* Tit.1.v.9.
nam ſalutis, & ad redarguendum cõtradicentes: Verbum veritatis ſciat ὀρθοτομεῖν, 2.Tim.2.v.15 2.Tim.4.v.5.
atque adeo *tractet opus fidelis Euangelici Paſtoris*. Magiſtratus iudicet iuſte *in-*
*ter fratrem atque *fratrem. Videantq́; Iudices quid ſint facturi, non enim pro homi-* *proximum.
ne iudicaturi ſunt, ſed pro Iehoua, qui cum ipſis eſt in Iudicio. Quare pauor Iehouæ in- Exod.18.v.16 2.Paralip.19.
ſit ipſis, obſeruent & faciant, non enim eſt apud Iehouam Deum iniquitas, aut acce- v.5 6. ibid.v.7.
ptio perſonæ, aut ſumptio muneris. In Oeconomia *labore manuum ſuarum fruã-* Pſal.128.v.1.
tur, vt bene ſit ipſis: In ſudore vultus veſcantur pane ſuo. Faber & architectus noctem 2.3.
vt diem tranſigat, & vigiliæ eius in opere conſummando. Faber ærarius aſsideat incu- Geneſ.3.v.19. Syr.39 v.4.
di, & addiſcat in operibus ferri, &c. Figulus aſsideat operi ſuo, & conuertat pedibus ibid.v.5.
ſuis rotam. Brachio ſuo figuret lutum, &c. *Colonus teneat aratrum, & glorietur de* ibid.v.7. ibid.v.1.2.
haſtili ſtimuli, boues agat & nutriatur inter opera eorum: Nauita de ventis, de tauris &c.
narret arator. Magna laus olim erat vocari *Bonum ciuem & bonum colonum.* Varro de re Ruſtic.
Etiam mulier ſtrenua longe ſuperat carbunculos. Quærit lanam aut lina, conficitq́;
pro voluntate manuum ſuarum. Eſt ſimilis nauibus negotiatoriis, è longinquo adue- Prou.31.v.10
hit cibum ſuum. Manus ſuas immittit ad verriculum, & manus eius tenent fuſum. ibid.v.13. ibid.v.14.
Cadurca parat ſibi, Xylinum & purpureum veſtimentum ipſius, ſyndonem conficit ac ibid.v.19.
vendit, & cingulum tradit negociatori. Speculatur rationes familiæ ſuæ, cibumq́; pi- ibid.v.22. ibid.v.24.
gritiæ non comedit. Etiã *ſerui & ancillæ* nôrint faciantque munia ſua: *Obediant* ibid.v.27.
Dominis ſuis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis ſui ſicut Chri- Epheſ.6.v.5.6 Coloſſ.3.v.22.
ſto. Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed vt ſerui Chriſti, facientes 23.24.
voluntatem Dei ex animo. Cum bona voluntate ſeruientes ſicut Domino, & non ho- Tit 2.v.9.
minibus. Scientes quoniam vnuſquiſque, quodcunq́; fecerit bonum, hoc recipiat à Do- 1.Pet.2.v.18. 1.Pet.4.v.15.
mino ſiue ſeruus. In alienum officium nemo inuolet, ἀλλοτριοεπίσκοπος. Sed
maneat quiſque in ea vocatione, in qua vocatus eſt. Seruiat vnuſquiſque alter alteri 1.Cor.7.v.17. 1.Pet.4.v.9.
mutuo ſicut accepit gratiam ſicut bonus diſpenſator multiformis gratiæ: Et ſit 10.
fidelis, in Diſpenſatore enim non requiritur, niſi vt fidelis ſit, 1.Cor.4.v.1. 2.3.&c.
quemadmodum *Apoſtolus* monet.

MANVS INDVSTRIA DITABItur.



Diuitijs felix reſides Opulentia magnis: *Scilicet officio qui fungitur, et bene curſum*
Copia magna tuum cingit vtrinque latus. *Temporis obſervat nullus honore caret*
Wer Ehr wil habn uff diſer Erd, Der merck die zeit. Vnd ſeh ſich für;
Odr Reich zu werden bald begehrt, Sonſt muß er ſtehen vor der thür.
Apres la Diligence ſenſuit Felicité, *Couronnes ſe verront, & auec aſſeurance*
Le Temps ſon chef couronne. Ceux qui lont merité *: La plenitude auront des cornes Aboudance*

Geneſ.3.v.19. QVi iuſſit, vt *in ſudore vultus veſceremur pane noſtro*, Deus Opt. & Fideliſſi-
1.Corinth.15. mus, is idem etiam gratioſe permiſit, *laborem noſtrum non fore irritum*,
v.vlt. ſed diuite copiæ cornu ſe benedictionem erogaturũ, iuxta promiſſionẽ,
omnibus piis factam, qui in vocatione ſua fideliter ambulant: Poſtquam
Pſal.28.v.1.2 enim in Pſalmo dixerat: *Beatus quiſque timens Iehouæ, qui ambulat in viis eius;*
ibid.v.3. continuo additur: *Labore manuum tuarum frueris, beatus eris & bene tibi erit.*
Epiſt.31. Vnde natum iſtud Gentilium eſſe arbitror: *Deos bona ſua vendere laboribus.*
Prou.12.v.23 Et Seneca: *Generoſos*, inquit, *animos labor nutrit. Manus ſedulorum*, inquit Sapientiſſi-

pientiſſimus, *dominabitur.* Qui confiſus Deo, benedicente laboribus inuocantium ſe, hilari animo vultuque aggreditur munus ſibi demandatum, is animo gaudente deuorat & exantlat quaſuis moleſtias vocationis, ſecurus de cuſtodia & εὐλογίᾳ Dei Opt. Maxim. *in cuius manibus ſortes ſuas eſſe nouit: & in eius poteſtate greſſus ſuos: adeoque exitum viæ vitæq́; & ſpiritum,* omniaque: *anima ſedulorum efficietur pinguis*; ait iterum *Salomon.* Et viciſſim: *Vidiſti virum fortem, diligentem in opere ſuo, ante reges conſiſtet, non conſiſtet ante obſcuros.* Sane induſtria & dexteritas commendant quemuis:

> *Nec latet obſcurus quem tollit in æthera virtus.* "

Deus, qui *hominem ad laborem tanquam volucrem ad volandum creauit*, labores etiam compenſat, vt ne in vanum laboremus, hoc ſaltem requiritur, vt *in verbo Chriſti laxemus rete.* Oremus & Laboremus, nec paruam piſcium multitudinem concludemus. Hinc natum illud *Virgilij:*

> *O fortunatos nimium bona ſi ſua nôrint*
> *Agricolas.* Et alterius:
> *Beatus ille qui procul negotiis*
> *Paterna rura bobus exercet ſuis.*
> *Viue bidentis amans & culti villicus horti*: inquit *Satyricus.*

Verbo dicam: *Labor eſt Cornucopia.* Inprimis apud agrorum cultores etiam, qui hoc nomine & feliciſſimi & præ mercatoribus, vſurariis & ſimilibus ſunt innocentiſſimi, quod frugibus è terra enatis, Dei munere, vitam ſuſtinent, dediti laboribus, & à maleficiis longe alieni. *Ruſtica vita, parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt. Ea vita maxime diſiuncta eſt à cupiditate, & cum officio coniuncta.* Ἐν πάντι μεριμνῶσι ἔνεςι περισσὸν. *Vbi labor, ibi copia.* Ω' νητοὶ πόνοισιν ἅπαντα. Hîc *odor lucri bonus:* & melior, quàm ille Veſpaſiani. Non iam dicam, quod labores & exercitia corporis conſeruent valetudinem, dicente *Syracide: Audi me, fili, ac ne contemnas me, & tandem comperies ſermones: In omnibus operibus tuis eſto promptus, & vlla infirmitas non obueniet tibi.* Denique etiam fomitem exſtinguit vitiorum, ſicut eſt in verſu:

> *Res age tutus eris.*

Nullus enim otij fructus, imo magis diſpendium. *Otioſus Eſau amiſit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere quam quærere,* &c.

Sophocl. in Electr. πόνε τοι χάρις οὐδὲν δυστυχεῖ: [Α᾽λλὰ]
Prou.16.v.33.
Ierem.10.v.23.
Pſal.31.v.6.
Prou.13.v.4.
Prou.22.v.29
Fata viam inuenient.
Iob.5.v.6.
Θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος.
Luc.5.v.5.
οὔχου καὶ πόνου: Θεοῦ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει πόνος.
Georgic. Virgil. lib.1.
Vt Saul. 1. Samuel. 10. v.5.
Varro de re ruſtic. lib.1.
Cicero lib.1. Offic. ibi: Omnium rerum, &c. agricultura nihil melius.
Tullius pro Sext. Roſc. Amerin.
Prou.14.v.23
Vt in Veſpaſian. recenſ. Sueton. Tranquill.
Syr.31.v.27.
Ouid de Remed. Amor. lib.1.
Auguſtin. ad Verſellenſ.

PRODIGI TEMPORIS, RERVM NEgligentes ſuarum.



Tempus abire ſinit ſtertens Socordia multum, Huic addicta cohors Taliſq́ Choriſq́ gulæq́
Altrix nec curat ſtet ne cadátue colus. Indulgens, patrat quahacunq́ lubent.

Faullentzerey ruht auff dem beth: Fragt ſie nicht nach; ihr ſchnöde rot
Obſchon das oberſt vnden ſteth, Komt durch wolluſt in ſchand vnd ſpott.

La Pareſſe ie ſuis à dormir addonnee Pendant que le Temps vole. Si le pot eſt dreſſé
Ie fay dormir mes gens la graſſe matinee Point je ne me ſoucie, ou ſ'il eſt renverſé.

Homo ignauus cloaca. HOMO iners ac deſidię deditus merito cloaca vitiorum dicetur. Nam primo aperta ac perfricta fronte occurſat mandato Dominico, de *in*
Geneſ.3.v.19 *ſudore vultus veſcendo pane* ſuo. Et monito Apoſtolico: *Laboret manibus ſuis*. id
Epheſ.4.v.28 eſt, faciat officia vocationis. Deinde contrauenit etiam exemplo Dei
Ioh.15.v.17. Opt. Maxim. qui Deus eſt negotioſiſſimus, & *vſque modo operatur: omnia ſu-*
Heb.1.v.3. *ſtentat atque gubernat verbo potentiæ ſuæ*. Angelis etiam ſanctis obnititur, qui
Pſal.103.v.21 *Heroes fortes* alacerrimi ſunt *ad capeſſenda, exſequendaq́ mandata Domini*, vt in-
Heb.1.v.14. de etiam nomē λειτουργικῶν πνευμάτων obtineant. Amplius etiam in totam

tam rerum naturam occurrunt, quid enim eſt in rerum natura, quod nō curſum ſuum ἔμφυτον obtineat, quoad Deo videtur: *Sol, Luna, Stellæ, nubes, Venti, Terra, animantia, gramina, arbores, herbæ, plantæ, Mare etiam* & eius incolæ, *Omnia laudant Deum* & faciunt voluntatem Domini, in eo curſu, qui ipſis omnibus ac ſingulis eſt concreatus: quibus deſides atque inertes è diametro obarietant, nec abs re eſt, quod Sapientiſſimus *pigrum ad formicam* abire, & eius mores contemplari iubet. Contrarij etiam ſunt ſanctorum hominum exemplis: *Chriſtus corpore & anima laborauit. Laborauit Apoſtolus Paulus.* Laborauerunt ſancti Dei homines. Vnde Apoſtolus, Gentiū Doctor exclamat: *Hæ manus meæ mihi ſeruiuerunt.* Imo ipſo ſtercore, fimo, lutoque deteriores ſunt. Nam & hoc facit, quod poteſt, nempe, ſtercorat, & tellurem fertilem reddit. Et vt de Gentilibus etiam aliquid adiiciā, certe in Rebuſpubl. bene conſtitutis, inertes ac deſides publice flagris cædebantur, ſi corrigebantur, manebant: ſin minus, aut proſcribebantur, aut interficiebantur. Dionyſius certe iunior Rex interrogatus, an eſſet otioſus: *Nunquam hoc mihi*, aiebat, *eueniat*, vt refert *Plutarch. Apud Perſas* extreme ignominioſum erat: *Ignauiorem muliere dici & eſſe.* Ad hoc *apud Romanos Cenſores* inſtituti, vt non tantum omnes, ſed etiam ſingulos obſeruarent, an etiam honeſte ſe ſuſtentarent, quod ipſum & hodie in quibuſdam Rebuſpubl. obſeruatur: *Norimbergæ, Argentorati, Florentiæ*, & alibi. *Piſiſtratus* cum ad regnum eſſet euectus, accerſi ad ſe iuſſit, qui in * foro deprehendebantur ambulare, otiumque terere, quos cauſam cum rogaſſet, adiecit: *Si tibi boues aratores mortui ſunt, de meo rurſus alios accipe, atque ad labores te confer, & ſi egenus es ſeminum, de meo dentur tibi.* Rex quidam Ægypti peculiarem Magiſtratum conſtituit, qui animaduerterent in regno, quo quiſque genere artificij vitam toleraret, ne quis otioſus eſſet, ne toleraretur, ſed tolleretur è medio, iubereturque ſolum vertere. Adeo alienum eſſe ab homine cenſuerunt Gentiles, otium agere. Grauiter *Seneca*, *Generoſos*, inquit, *animos labor nutrit.* Et iterum: *Non eſt viri timere ſudorem. Nec eſt vir fortis ſtrenuuſve, qui laborem fugit.*

Pſal. 148.
Prouerb. 6. v. 6. 7. 8. 9.
Ouid. Metamorph. lib. 7.
Ambroſ. Hexaëm. lib. 6. c. 4.
Eſai 43. 53.
Matth. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.
Iohan. 13.
Actor. 20. v. 34.
Ignauum fucos, &c. Virgil. l. 4. Georgic.
Lacedæmonii
Ælian. Variar. hiſtor. lib. 2.
Alexand. Alexandr. lib. 3. cap. 13.
Idipſum in Ægypto olim vſurpatum.
Laudabiliter!
Refert Ælianus libr. 9. Variar. Hiſtor.
** ô tempora! ô mores! noſtros vidiſſet!*
Plato lib. 7. περὶ νόμων: οὐδεὶς καθεύδων οὐδενὸς ἄξιος.
Epiſt 31.
Idem Epiſt. 22.

IGNAVA

IGNAVA MANVS DEPAVPE-
rat.



Quæ leuiter Tempus quondam neglexit, Egeſtas, Turba Sodalitij, vindictâ Temporis aucta
Heu quantis premitur, vix-miſeranda, malis! Quam varios caſus inumeroſq; ſubit!
Wer faul iſt vnd die arbeit fleicht; Die Zeit übt an ihm jhre rach,
Die armut ſolclen ſein erſchleicht: Vnd fügt ihm zu viel Vngemach.
Mais apres la Pareſſe la Pourete ſuruient, Mais c'eſt tout pour neant. Va t'en doncet opere,
Qui faiſant ſes complaintes ſes deux main jointes tient; Si tu veux euiter Pourete & Miſere.

Otii Turpitudo. VT peſſimi pigrorum ac deſidum mores, vèrbaque, ſic multa incommoda & turpiſſimæ turpitudines. *Otia dant vitia. Otium multa mala docet*, inquit *Syracides.* Nec abludit *Ouidius*: *Theophyl. in 2. ad Theſſal. c. 3.* *Syr. 33. v. 28.* *Ouid. de Pont. lib. 1. Eleg. 6.*

Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus!
Vt capiant vitium, ni moueantur aquæ.

Et idem iterum:

Id. de remed. Amor. lib. 1.

Otia ſi tolles periere cupidinis arcus,
Contemptaq; iacent, & ſine luce faces.

Quam

Quam platanus riuo gaudet, quam populus vnda — *Theophyl. in Iohan. cap 6. Omnem malitiam docuit otioſitas.*
Et quam limoſa canna paluſtris humo:
Tàm Venus otia amat, finem qui quæris amori
Cedit amor rebus, res age tutus eris.

Quod alibi comprobat exemplo Ægyſthi, quando canit: — *Ouid. lib. 1. de remed. amor.*

Quæritur Ægyſthus quare ſit factus adulter;
In promptu cauſa eſt deſidioſus erat.

Quid quod deſidioſus non tantum ad paupertatem, ſed & ad furta atq; per conſequens ad reſtim properat; Vere enim Sapientiſſimus: *Iuxta agrũ viri pigri tranſiui, & iuxta vineam hominis dementis. Ecce autem aſſurrexerant in eo toto chamæleones, tegebatur ſuperficies eius vrticis, & maceria eius lapidea deſtructa erat. Pauculis ſomnis, pauculis dormitationibus, paucula complicatione manuum cubando: Interea aduenit, vt viator expeditus paupertas tua, & egeſtas tua tanquam vir clypeatus.* Nec immerito: *Non* enim *cuiquam per ventos aſſa columba venit.* — *Typum habes in Tabella.* *Prou. c. 24. v. 30. 31.* *& cap. 6. v. 9. 10. 11. &c. & iter. c. 24. v. 33. 34.* Μίμησις.

Dat Deus omne bonum, ſed non per cornua taurum. — *Periand.* Μελέτη πάντα δύναται.

Fertilis adſiduo ſi non renouetur aratro,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.

Vt maxime ceſſet lex ciuilis in tales nebulones; Non tamen ceſſat maledictio diuina. Quare Aſcræus exhortatur: — *Virgil. Labor improbus omnia vincit.* *Heſiod.* ἔργ. καὶ ἡμερ.

Ἐργάζευ, Πέρση δῖον γένος, ὄφρα σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ σ᾽ ἐϋστέφανος Δημήτηρ
Αἰδοίη, βιότου δὲ τεὴν πίμπλῃσι καλιὴν
Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρὶ
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅσκεν ἀεργός.

Plautus itidem deteſtatur hoc furum genus, quando ait: — NB.

——— *Nimis homo* — *Plaut. in Rudent. Scen. Neptuno Act. 4. Scen. ſecund. Vid. loc. obſecro.*
Nihili eſt, qui piger eſt, nimiśq; id genus male odi.
Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere officia.
Nam qui dormiunt libenter ſine lucro & cum damno quieſcunt.

Quare ſcite Ouid. lib. 1. de art.

Dum vires, animiq; ſinunt, tolerate labores,
Iam veniet tacito curua ſenecta pede.
Aut mare nauigiis, aut vomere ſcindite terram,
Aut fera belligeras addite in arma manus.

Interim tamen edere, bibere, & pancratice viuere volunt pigri nebulones, quid ergo conſequi aliud poteſt, quam furta, rapinæ ac demum ipſa reſtis, vt nõ incongrue cecinerit ille:

Si quis de paruis vult plura abſumere rebus, — Ἀ᾽δηλῶ, *ſed probè! Tabul. doc. Vſus.*
Quærere quàm vigili ſedulitate CVPIT,
Is mendicando victum petet oſtia pulſans,
Aut feret huic triſtem crux laqueuśq; necem.

Sed Magiſtratus intererat, eiuſmodi inutilia terræ pondera coercere, & in ordinem redigere, & ſi corrigi nollent, q̃ multorũ eſt peruicacia, ciuitatibus, cõmunitatibusq; ac pagis pellere, aut ad operas cõmunes damnare.

VIRTVTEM HONOS, MANET SOCORdiam ignominia.



Præmia virtutum ſolers Induſtria donat; Ad deſes flagris et puapertate malignâ
Largitur tacito gaudia multa ſinu: Arguitur tentæ crimine Pigritiæ.
Wer in ſein Bruff trewlich arbeit, Dem faul:fräſſigen, müſsgen geſind,
Dem wert wol gelohnt mit der Zeit: Armuth, ſträich, ſpott beräitet ſind.
A vaillante Induſtrie le Temps Biens et Honneur Le Fouët et Pauureté au Pareſseux apporte,
Apporte en abondance, dont louë le Seigneur: C'eſt cela qui conuient aux hommes de ſa ſorte,

Ridic. Prouerb. *Multi ſibi ſomnia fingunt.* PRouerbio fertur: Α᾽κεοσάιϛ Σελύνη. Et competit in eos, qui facile inueniunt cauſſas hoc vel illud detrectandi. Erat enim ille Aceſſæus Nauta, & Lunam frequenter tanquam nauigationi minus commodam cauſabatur. Idem fit pigris, nam & illi facilè fingunt ſibi ipſis μοϱμολύκεια: aiunt enim: *Leo foris eſt, in medio platearum occideret.* Et iterum: *Immanis Leo eſt in via; Leo eſt inter plateas.* *Vt ianua circumagitur in cardine ſuo, ita piger in lecto ſuo. Abditam habet piger manum ſuam in ſua manica, defetiſcitur reducendo eam ad os ſuum. Sapientior videtur piger in oculis ſuis, quàm ſeptem reuocantes ad rationem ipſum.*

Prouerb. 22. v. 13.
Prou. 26. v. 13
ibid. v. 14.
ibid. v. 15.
ibid. v. 16.

ipſum. Quemadmodum *Therſites* apud *Homerum* ſe Neſtori, ſic piger ſapiẽti ſe præfert; quam curioſitatem recte *Lutherus* vocari ſolebat Germanico vocabulo Faulwitz: quod enim opere nolunt, id conſilio, ſed nimis temerè atque futiliter, præſtare conantur. Inculcandum illis erat illud Bernhardi: *Homo ad laborem natus eſt, ſi laborem refugit, non facit ad quod eſt natus, ad quod venit in mundum. Quid reſpondebit ei, qui miſit eum, qui inſtituit, vt laboraret*; Conuertant oculos in hanc Tabellam, vt videant finem vtriuſque & ſolertis induſtriæ: & inertis deſidiæ. Certe induſtriæ decernuntur & offeruntur *ſceptrum, corona* & *Codex Iuris*: Inerti autem deſidiæ flagra, virgæ, fuſtes, baculus, imo ipſa mala crux & extremo-turpiſſimum flagitiũ. Laborioſi certe & induſtrij digni ſunt, qui præficiantur aliis, & ſuæ ſolertiæ præmia laudemque ferant τὰς ἀπελέιας, dignitates & Encomia publica, quorum exemplis alij, qui adhuc altum dormiunt, excitentur. Fauere itaque æquum eſt omnes induſtriis ac ſolertibus, & felicia cuncta precari, dignitatibus & opibus augere, labore gaudentes, par eſt. Verum piger & ignauo otio deditus, quouis contemptu, ſupplicio, infamia dignus eſt, Nam

Homer. Iliad. lib. 2. — Faulwitz. — *Bernhard. in Declamat.* — *Vt Themiſtocles ad tropæa Miltiadis.*

Non venit è molli lecta corona iugo.

Nucleum eſſe qui vult, nucem frangat oportet, adagio fertur. Et ideo *Bernhardus*: *Quid mihi cum victoria, ſi nec in prælio fui? Impudentiſſime mihi arrogo, vel gloriam abſque victoria, vel victoriam abſq; pugna.* Sed non venit ſola pigritia, verum comitantur ipſam *Futilitas* & *Detractio*, qua *concordes in mutua odia* armantur, quod crimẽ deteſtatur etiam Salomon Prouerb. c. 6. v. 19. Inprimis indiuiduus q. comes ei hæret *furtum* & *rapina*, quarum exitus cum ſit *mala crux*, apparet, quàm turpis radix ſit pigritia, ex qua tam turpia germina ſtoleſcant, vnde Germanico Prouerbio, plus ſatis trito, fertur:

Prou. 6. v. 19.

Wer mehr will verzehren/
    Dann ſein Pflug kan (oder will) erehren/
Der muß zu letzt verderben/
    Oder villeicht gar am Galgen ſterben.

NATVRÆ SEQVITVR SEMINA QVIS-que ſuæ.



Tempus equos pueris binos oſtendit et offert,
Alterut alterutrum ſeligat inde ſibi.
Ille nigrum: hic album, Suada monitrice, capeſcit;
Diuerſis ſtudijs protinus abripimur.

Den Iungen Knaben bringt die Zeit
Zwey Pferd, das ieder eines beſchreit:
Der nimt das Schwartz, iener das weis:
Ein ieder übt ſein eigen fleis.

A deux garçons Saturne de deux cheuaux vouloir
A de beau preſent faire, l'un eſt blanc l'autre noir:
La Vertu veut le blanc, mais le noir veut Malice;
L'un de nous ſuit ainſi vertu, l'autre le vice.

Plura vide apud Valer. Max. lib. 3. cap. 1. De Indole.

TRia requiri aiunt ad perfecte conſtituendum hominem virtuoſum: Φύσιν. μάθησιν. Ἄσκησιν. *Naturam. Inſtitutionem. Exercitationem* ſeu *Vſum* atque *Conſuetudinem*, quam *alteram Naturam* vocant. Φύσιν prædominari aſſerit hæc Tabella, iuxta illud: *Natura ſequitur ſemina quiſque ſua.*

Nam duobus pueris coætaneis, ſimul educatis, & diſciplina exercitationeq; ſimili, duo offeruntur Equi diuerſicolores: *Albus* alter, alter **Niger**, quorum hic hunc, ille illum eligit, prout cuique naturæ ſemen dictabat. Scintillæ naturæ tempeſtiue admodũ promicant in pueris, quare in tempore

pore vel confirmandi erant, ſi naturæ dotes bonæ erant, vel abſtrahendi ſunt, ſi malæ. Sic experimentum capturus ingeniorum & dotum naturæ in Filiis rex quiſpiam, tres volucres ipſis propinauit, vt quam quiſque raperet, naturæ inde dotes colligeret. *Aquilam maior* natu capiebat, vnde ferocitatem ac ſuperbam indolem coniiciebat pater: *Accipitrem medius*, apud quem rapacis inde genij atque ingenij ſemina eſſe colligebat. *Turdum natu minimus* ſumens, patri mitioris ac moderati ingenij argumentum præbebat: Et,

Hiſtor. notatu dign. *Sed! Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.* *Exl. Nero. Alagabalus. aliiq; complures.*

Huic regale dedit rex diadema ſuum.

Huic committebat faſces. Nam *moderata diu durant.* Adeo verum eſt, quod Venuſinus canit Vates:

Naturam expellas furca, tamen vſque recurrit.

Horat. in Epiſtol. ad fuſcū Ariſtium.

Τὸ μὲν ἐμφυές, οὔτ᾽
αἴθων ἀλώπηξ, οὔτ᾽
Ἐριφρομοι Λεόντες
διαλλαξάντο ἦθος. *Pindarus* canit. Et iterū *Horatius:*
——*tolle periclum*
Iam vaga proſilies frænis natura remotis.

Ad naturam autem non parum refert indoles parētum, οἷα γὰρ ὄρνις, τοῖον τὸ ᾠόν, aiunt. Et minime à vero abludit, quod iterum Horatius:

Odar. lib 4. Od. 4.

Fortes creantur fortibus & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Huc etiam pertinet, quali quis nutrice alatur; Nam ſæpiſſime compertū eſt, infantes mores ex nutricibus ſugere: quemadmodum de *Caligula, Nerone, &c.* tradunt, quod truculentos ac ſæuos monſtroſoſque mores vnà cum lacte nutricum imbiberit: Quare ſollicite videndum eſt illis genitricibus, qui ſuos fœtus (quod ſapientiſſimorum, & minime hallucinantiū iudicio ſane fieri nullo modo debebat) aliis alendos tradunt, quibus illæ imbutæ ſint moribus, ne chariſſimi liberi lacte Nutricum peruertantur ac peſſum eant. ¶ Inſtitutio autem atq; diſciplina quantum ad corrigēdos mores, naturæ peruerſos motus, conferat *Lycurgi* duo canes, iiſdem parentibus progeniti, ſed diuerſa domi ſuæ diſciplina educati & edocti, in forum deniq; producti, abunde confirmare poſſunt. *Eſt* enim *diſciplina*, vt Cyprianus ait, *cuſtos ſpei, retinaculum fidei, Dux itineris ſalutaris. fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutum. Hanc ſectari ſalubre eſt, auerſari autem ac negligere, lethale.* Conſuetudo autem & exercitatio, cum alteram eam vocant naturam, ſi ad bonam indolem ac diſciplinam acceſſerit, perficit atq; conſummat.

Vide Ludouic. Viu. de educatio. Virginis Chriſtian. ab initio. vbi hæc latiſſ. deducit. *Tritum. Nutriat quæ peperit. A. Gell. lib. 12. c. 1.* *Idem lib. 12. de inſtitut. fœmin. Chriſtianar. p. 466. digniſſim. loc. viſu.* *Eraſm. Apophthegm. lib. 1. §. Lycurg. Val Max. l. 2 c. 6.* *Cyprian. lib. de diſciplin. ac habitu. in princ.* Τὸν τρέχοντα ὀτρύνειν. *Vide Eraſm. in Chiliad.*

VIRTVTES CONCATHENATÆ.



Virtutes ſtabili ſunt omnes fœdere nexæ,
Alteráq alterius diligit officium.
Pectore conſtanti iunctis ad vincula dextris
Mutua preſiſtunt, et moderata colunt.

Kein Tugend iſt nicht bald allein,
Sie welln gern beÿeinander ſeÿn:
Zu helffen einander ſeÿn beräit,
Halten hoch ob der Mäſſigkäit.

Onc ſpectacle plus beau ne vid on en ce monde
Que celui que tu veois en láſſemblée ronde
De ces Vertus tant belles: Elles ſont ici veoir,
Comment l'vne de láutre aime bien le deuoir.

NEXVS Virtutum. Vide A. Gell. lib.19. Noct. Attic. c.2. & lib.7.c.6. Auguſtinus Quæſtion. lib. 83. quæſt.31. Idem lib. 1. de lib. arbitr. c.13 Ariſtotel. in Eth. lib.3.6.10

O Sanctum Concilium! ô ſacrum Senatum! ô conſeſſum venerandiſſimum! Viden' quàm ſacro ac indiſſolubili nexu ſibi mutuo cohæreant virtutes, vt qui in vno diſſoluat, Deus omnium ſit; *Quare non vni virtuti opera danda eſt, ſed ſicut ſcriptum eſt: Ibunt de virtute in virtutem, de alia transeundum eſt ad aliam, quia hærent ſibi, & ita inter ſe nexæ ſunt, vt qui in vna corruerit, omnibus careat.* Hieron. *manſ.*38. Primum ſeſſum occupauit *Temperantia*, Eſt autem *Temperantia rationis in libidinem atque alios improbos appetitus animi, firma ac moderata dominatio.* Seu: *Eſt affectio cohercens atq; cohibens appetitum ab his rebus quæ turpiter appetuntur.* Vnde Philoſophus Σωφροσύνην q. σώζουσαν

φρόνησιν

φρόνησιν dici arbitratur: & quemadmodum Ἀκρασία ἐςὶ περὶ ἐδωδάς, πότους, Ἀφροδίσια, γεῦσιν καὶ ὄφρησιν ἀςοχασία: Ita è contra *Temperantia* iis omnibus moderatur, *exüit veterem hominem, inq́ Deo renouat, contemnit omnes corporeas illecebras, laudemq́ popularem, totumq́ amorem ad inuiſibilia & diuina confert.* Proximam pone hanc ſedem legit *ſancta fides*, quæ eſt dulcis genetrix atque nutricula virtutum omnium *per qua efficax eſt* & operatur, & *ſine qua impoßibile eſt Deo placere*, quæ omnia ad Deum refert, & ſine qua etiam reliquæ virtutes, nõ tam in ſimulacra virtutum, quam in peccata degenerant. Siniſtram ſtipat *Humilitas*. quam Coronam & Reginam virtutum appellare ſoleo, cum propriiſſima Electorum nota ſit; Et in † D.N. I.C. luceat tanquam Carbunculus, in reliquis vero Sanctis (Angelis Electis &) hominibus maius præter fidem per Charitatẽ efficacem χάρισμα inuenire non detur: Ea dicit vero ac non fucato animo: οἱ ἐπαινοῦντές με, μαστιγοῦσί με. Nam omnia vni, ſoli, vero Deo accepta refert, recognoſcẽs: *QVID HABES, quod non accepiſti, ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis*; Sequitur *Innocentiæ* ſtudium, & *Bonæ conſcientiæ*, quæ tamen magis conſiſtit in affectu quàm effectu: Coram Deo enim *nemo innocens*. Et *ſpes, ſacra anchora, quæ non confundit. In ſpe viuit homo filius reſurrectionis. In ſpem viuit, quãdiu hîc peregrinatur ciuitas Dei. VIRGINITAS* inſigne ornamentum Chriſtianæ pietatis in iis, * *quibus datum eſt capere hoc:* Alias enim, quibus non datũ eſt, *melius eſt nubere quam vri. Amicitia*, quæ conſiſtit *in idem velle & idem nolle*, qua ſine vnitas conſiſtere non poteſt; Eſt enim *vinculum perfectionis*, propter hærentem lateri charitatem, cum qua ſi non eadem, tamen quàm proximè coniuncta eſt. *Fortitudo* vera, quæ ab *Auguſtino* definitur eſſe *animæ adfectio, quæ omnia incommoda & damna rerum, in noſtra poteſtate non conſtitutarum contemnimus:* ſeu *eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeßio*, quemadmodum idem ex *Cicerone* & *Platone* ferè in Nicia, definit. Id autem intereſt inter Fortitudinem Gentilium, quæ larua verius Fortitudinis quam vera Ἀνδρεία dicenda eſt, quod illam mundana gloriæ cupiditas, hanc *Dei* generat *Charitas, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis*, non per voluntatis arbitrium, &c. *Nec temere audet, nec inconſideratè timet.* vt idem alibi. *Iuſtitia* διανεμητική, ſuum cuique tribuens, nititur Chriſti monito: vt, *quod ſibi velit fieri, alteri faciat. Prudentia Iuſtitiæ* ſubſeruit. Eſtque quæ bona à malis diſcernit, vt in illis appetendis iſtisque vitandis nullus error obrepat. *Facile præeſt, qui matrem virtutum diſcretionem ſortitus eſt*, inquit *Bernhardus*. Claudit *Caſtitas*, quæ puritatem mentis atque corporis ſectatur ſecundum Apoſtolum.

Plutarch. Sympoſ. lib. 7. c. 5.
Auguſtin. de morib. Eccleſ. Cathol. c. 19.
Galat. 5. v. 6.
Heb. 11. v 6.
Auguſtin. de ciuit. Dei. lib. 19 c. 25.
Gregorius.
† Matth. 11. v 29.
Philip 2. v. 5. &c.
Bernhard. Epiſt 42.
1. Cor. 4. v. 7.
Pſal. 143. v. 2.
Auguſtin. de ciu. Dei lib. 15 cap. 18.
1. Cor. 5. v. 6.
Heb. 6 v. 19.
Rom. 5. v. 4.
** Matth. 19 v. 11.*
1. Cor. 7. v. 9.
Ex Plauto
Hieron. Epiſt. ad Demetriad. de ſeruãd. virginit.
Coloſſ. 3. v. 14.
Auguſtin. de liber. arbitr. lib. 1. c. 13.
Id. Quæſt. lib. quæſt. 31.
Id. de vera innoc. c. 295.
Et in Epiſt. ad Hieron. 29.
Rom. 5. v. 5.
Auguſt Epiſtol. 29. ad Hieron.
Matt. 17. v. 12
Luc. 6 v. 31.
Danæus in Ethic. lib. 3. c. 2 fol. 3'5. b.
Auguſt. de ciuitate Dei lib. 19 c: 4.
Sermon. 23. in Cantic.
1. Cor. 7. v. 34.

EST MODVS IN REBVS.



Rebus in humanis citra peccatur & ultra, Ergo modum prius adde prius metire quod audē.
Hinc, illinc media tutius ire viâ. Fructibus eſt virtus plena, tenere Modum.
Zu Wenig oder auch Zu viel Halt Maas in allen dingen dein,
Verheümpelt vnd verderbt das Spiel: So Wirt dirs Wol gelingen ſein.
Il ſaut en toutes choſes la Meſure tenir, Car il eſt tout certain que tout TROP fait domage
Qui à bon heur deſire de bien toſt paruenir: Va donc vers le MILIEV, ſi tu veux eſtre ſage.

Epiſt. lib. 6. c. 26. *Vita humana Nauigiũ eſt.* VItam noſtram haud incõgrue *Nauigio* adſimilat B. *Gregorius*; nam magna circumſpectione multos ſcopulos præteruehere oportet peritum Nauclerum, ne imprudens impingat, aut naufragium patiatur. Scopuli, à quibus nobis in vitæ humanæ nauigio cauendum eſt, ſunt vitia, in ea qui impingit, hęretque, aut naufragium facit, cuius ſecunda tabula, *Charitatis & Fidei.* reſipiſcentia eſt, aut omnimodam animæ iacturam patitur. *Plura* autem *vitia ac ſcopuli ſunt, quàm Virtutes*, vt *Auguſtinus* monet. *Epiſt. 29. ad Hieronym.* *Intemperantia* merito primum locum obtinet, quæ eſt *ἀκρασία περὶ ἐδωδάς, πότους, ἀφροδίσια, γεῦσιν καὶ ὄφρησιν ἀστοχασία.* *Plut. lib. 7. Sympoſ. cap. 5.* *Immoderatus voluptatum corporis cum adſunt, vel cum haberi poſſunt, vſus & appetitus:* vel *nimius, cum abſunt, iisq; minime fruamur,*

dolor

dolor ac triſtitia. ait *Lambert. Danæus Ethic. Chriſtian.* Proximè hanc pono Intemperantiam *Gulæ:* eſt enim plane flagitium porcinum, quo *animam pro ſale* habet, & tramitem virtutis, ſalutis ac vitæ anguſtum nec reperire, nec penetrare poteſt. Proxime hanc pono *Luxuriam*, Ἀφροδίσια ac libidines, pollutionesque carnis, crimen plane ἑκούσιον, deliberatum, eoque omniũ fere turpiſſimum, quod vbi animum penitus obſederit, dicere non horret: *Scortari adoleſcentem turpe non eſſe: Male*, inquit ille *Milphio, me mulier iſta amet, quam Dij.* Et vt ille ad *Lutherum* dixit: *Se, ſi ſibi perpetuus vniuſcuiuſq; Veneris vſus concederetur, partem ſuam cœli libentiſſimè depoſiturum.* O impiiſſimam ſpurcitiem! Fomentum libidinis eſt *Immoderatus veſtimentorum cultus*, vt in hiſtoria *Bembi* videre, qui ſcortillum, ad pelliciendos in ſui amorem adoleſcentes, ſumptuoſiſſimè comptum, & exornatum, acerbiſſimè fleuit, reputans ſecum, quod in amorem & honorem Chriſti ſponſi ſui ſe nunquam ita exornaſſet indumẽtis Pietatis; quod & *Salomon* in Prouerb. notat, cum *ornatum meretricium* perſtringit:

Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris
Abſterrere ſibi atque alio conuertere mentem, &c.
Nam vitare plagas in Amoris ne iaciamur
Non ita difficile eſt, quam captum retibus ipſis
Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.


Hinc naſcitur *Superbia propria reproborum Nota.* &, *Auaritia* in hoc ordine minimè prætermittenda eſt, quæ vel vna *Omnium malorum radix* à Gentiũ Doctore nuncupatur. *Ira:* quæ diſtinguitur in *iuſtam* & *iniuſtam*, ait enim ſcientia: *Iraſcimini & nolite peccare. Non eſt quærendum, vtrum quis iraſcatur, ſed quare iraſcatur; nec vtrum ſit triſtis, ſed quare; Nec vtrum timeat, ſed quid timeat; Iraſci enim peccãti vt corripiatur, contriſtari pro adflicto, vt liberetur, timere periclitanti, ne pereat, nullus ſane reprehendat.* Cauenda autem ex iniuſta ira exſurgens *Acidia*, vt *Auguſtinus* monet: *Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animam faciat homicidam:* vnde ortum trahit deniq; *Inuidia*, quam qui habet, ipſiſſimas Diaboli ſordes habet; quare

Medium tenuere beati:
Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Danæus Eth. Chriſtian. lib. 3. c. 4. fol. 343
Matth. 7. v. 13
Plaut. in Pœnul. Act. 1. Scen. 2. Negotii.
Hiſtor. ex Sympoſiaſtic. D. Lutheri.
Vid. Vit. Patr. & Socrat Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. cap. 18.
Prou. 7. v. 10.
Lucret. lib. 4.
Conf. Tertull. de cult. mulier.
Clement. Alexand. Pædagog. lib. 3. c. 2.
Gregorius in Moral.
1. Tim. 6. v. 10
Pſal. 4. v. 5.
Epheſ. 5. v. 26
Auguſt in. lib. 14. de ciuit. Dei.
Regul. Fratr. ſiquidem non ſuppoſit. ſunt.
Medio tutiſſimus ibis.
Ex Hieron.

K ΦΡΟ'ΝΗ-

ΦΡΟ'ΝΗΜΑ ΤΗ͂Σ ΣΑΡΚΟ'Σ.



Demens, quid Carnem, quæ vermibus eſca jacebit,
Exornas cultu verſicolore tuam?
Du Narr, den leib Zierſtu mit fleis,
Der doch den Würmen Wirdt zurſpeis:
Le voici l'Inſenſé, qui à orner ſ'employe
Sa Chair, qui toſt ſera de vermine la proye.

Nata DEO mens nuda manet, incultáq; torpet,
Tartareæ tenebris inicienda domus.
Die Seel die bleibt nackent vnd blos,
Wird endlich leiden ein harten ſtos.
Voi tu bien ſa pauure Ame, comment elle ſe plaint,
Eſtant ſi mal veſtuë, ſes bourreaux elle craint.

Homo Carnalis.
Rom.8.v.6.7
1.Cor.15.v.50
Galat.6. v.8.
Galat.5.v.20 21.

MAgnum in ſacro Codice CARNIS & carnalis hominis vituperium & certa damnatio. Nam Τὸ *τῆς σαρκὸς φρόνημα ἐχθρὸν εἰς Θεὸν καὶ θάνατος*. *CARO & ſanguis regnum* Dei *non poßidebunt. Qui in carnem ſeminant, de carne metent exitium, & perditionem. Opera CARNIS facientes regnum Dei non poßidebunt*. & quæ ſunt ſimilia. Quare CARNIS cura diſtinctis aliquot Emblematis heîc perſtringitur. Et hac quidem Tabella taxatur nimia carnis cura in veſtitu. Et probè! ſunt enim *veſtes ſigna peccati atq; adeo iuſta ira Dei aduerſus noſtra peccata*, niſi enim peccatum ſubintroiiſſet in mũdum NVDI abſque pudore vnà conuiuere poteramus. Quare qui in veſtimentis immoderatè ſe efferunt, idem mihi facere videntur, quod catenam infamis crucis

Veſtes cui rei ſeruiant? Geneſ.3.v. vlt.
Simil.accommod.

crucis meritus, & ad hoc damnatus, vt cathenam circa collum ad dies vitæ geſtet, ille vero inaurari illam cathenam curaret; & maximi honoris loco probrum ſuum circa collum geſtaret. Grauiter id prohibet Sapiens: *De amictu veſtimentorum ne glorieris,* &c. Et Deus non ſemel pœnam minatur immoderate ſeſe in veſtitu efferētibus. *Erit autem* (inquit Zephanias) *die mactationis Iehouæ, vt animaduertam in ipſos Principes, & in filios Regis, & in omnes qui induuntur indumento alienigenarum.* Sane *dum viuimus, & frigoris & caloris gratia pudoriſq́; veſtibus egemus*, ait Chryſoſt. Hom. 84. in c. 20. Iohan. Ideoque honeſtus atq; adeo etiam ſumptuoſus veſtitus pro ratione vocationis non eſt prohibitus, vt in exemplis *Salomonis, Eſtheræ* & aliorum perſpicitur, ſed exceſſus damnatur, vt in exemplo *diuitis Epulonis* videre eſt: Et in *Iſraëlitis* apud Eſaiam cap. 3. *Præterea, ait Iehoua: Quod altæ ſunt filiæ Tzyonis, & ambulant extento gutture* (vides quid damnet Dominus,) *& nutantes oculis, indeſinenter minutis paſſibus incedunt, pedibuſq́; ſuis compeditas agunt: Iccirco ſcabie adficiet Dominus verticem filiarum Tzyonis, & pudendum earum nudabit, &c.* Recte irriſit *Solon Crœſum*, qui cum ſe in ſumptuoſiſſimo habitu illi oſtentaret, & nunquid tam glorioſum ſpectaculum vidiſſet, quæreret, reſpondit: *Glorioſiorem ſe quotidie videre, intuentem volucres diuerſicolores, quod ipſe maximis ſumptibus comparaſſet, hoc ipſas natura poſſidere.* Moderatius *Aurelianus Imp.* à quo cum vxor peteret, vt pallio blatteo ſerico vteretur, reſpondit: *Abſit vt auro fila penſentur.* Talis eſt oratio *Catonis* apud Liuium. De *Auguſto* refert Suetonius, quod *veſte non vſus ſit alia quam domeſtica, ab vxore & ſorore & filia neptibuſq́; confecta. M. Cato Prætor* M. Scauri cæterorumque reorum, iudicia nulla indutus tunica, ſed tantummodo prætexta amictus egit. Ex Plutarch. ref. Valer. Max. lib. 3. c. 6. *Herodes* contra in ſummo ſuo ſplendore miſerè occumbit. Actor. 12. Et Ioſeph. Antiq. Quis autem decentiſſimus noſter amictus ſit, oſtendit Tertullianus, cum ait: *Veſtite vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis, & purpura pudicitiæ.* Et quidem in fœminis aliquouſque hæc leuitas & curioſitas ferri poſſet; Nam *dum moliuntur illæ & promuntur annus eſt:*

Auferimur cultu, gemmis auroq́; teguntur
Omnia, pars minima eſt ipſa puella ſui: feſtiuè admodum canit *Ouid. lib. 1. de remed. amor.* Magna autem turpitudo viris in veſtitu tam eſſe effœminatos ac delicatos, vt etiam Gentilis Poëta id irrideat:

Sint procul à vobis iuuenes vt fœmina compti,
Fine coli modico, forma virilis amat.

Et iterum:

Munditiæ placeant. fuſcentur corpora campo,
Sit bene conueniens & ſine labe toga,
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Syr. 11. v. 4. *Zephan. 1. v. 8.* *Matt. 6. v. 29.* *Eſther 5. v. 1.* *Idem de Ioſepho, Mardochæo, aliis.* *Luc. 16. v. 19.* *Eſai. 3. v. 16.* *ibid. v. 17.* *Clem. Alex. lib. 2. c. 12. Strom.* *Solon cū Crœſ.* *Plutarch. & Diogen. Laërtius lib. 1. c. 2. In vit. Philoſoph.* *Flau. Vopiſc. in Aurelian.* *Sueton. in Auguſt. c. 73.* *Act. 12. verſ. penult.* *Lib. de cult. fœmin.* *Vide Auguſt. Epiſt. ad Poſſidon. 73.* *Ambroſ. lib. 1. de Virgin.* *Cypr. de habit. Virgin.* *In Ep. Phædr. ad Hippolyt.* *Lib. 1. de arte amand.*

EDAMVS ET BIBAMVS, CRAS ENIM morimur.



Optima de primis præbentur fercula carnj, Arentes Animas ſicca ſed fauce fatigat
Vina, quies, ſedes, et genus omne dapes: Intoleranda ſitis et maleſuada fames.
Kein müh, kein koſten, Wirt geſpart, Die Seel fur groſem hungr verdirbt,
Das nur dem fleiſch Wol Werd gaVart: Vnd fur vnträglichm durſt erſtirbt.
Les Enfans de ce monde leur Chair nourriſsent bien Et cependant il faut que la pauvre Ame endure
De delicates viandes, et n'y eſpargnent rien: Le froid, la faim, n'ayant qu'vn os pour nourriture.

GVLÆ ſtudium. REprehenditur in Homine carnali, *Gulæ* ſtudium, & lautitiæ in cibo
potuque, quod vitium plane porcinum eſt, quod animam pro ſale
A Gell. lib. 7. c. 16. & 15. c. 8. habeat, & ab Apoſtolo prohibetur: *Non in comeſſationibus & cõpotationibus.*
Rom. 13. v. 13. Et commodè auocat ab hoc vitio beſtiali Ambroſ. *At tu reſpice corporis tui formam, & ſpeciem celſi vigoris aſſume: ſi ſola animalia prona paſcantur, cur te in edendo ſternis ipſe quem natura non ſtrauit? Cur eo delectaris, in quo naturæ iniuria eſt.* Vide locum *Ambroſ. in Hexaëmer.* lib. 6. c. 3. *Bibliothec. part.* 3. colum. 34. a.
Sap. 2. v. 6. 7. 8. 9. Hominum in carne plane ſuffocatorum hęc verba ſunt: *Agite fruamur præſentibus:*

*ſentibus bonis: Vino pretioſo & vnguentis impleamur, ac ne prætereat nos iucundus aër. Coronemur roſarum caliculis, antequam marceſcant: Nemo noſtrum expers ſit noſtræ laſciuiæ, vbique relinquamus ſymbola lætitiæ: Nam hæc eſt portio noſtra & ſors huiuſmodi: * Edamus, bibamus, præſentibus expleamus deliciis animum, cras enim morimur, & poſt mortem nulla voluptas*; Sed reſtringere illam gulę libidinem debebant ſequentia: *Non expiabitur iniquitas iſta donec moriamini.* Certè magna fuit frugalitas veterum, qui ante diluuium tantum terræ naſcentibus veſcebantur, & viuebant diutiſſimè: Poſt diluuium autem moderate veſcebantur carnibus, lacticiniis autem & butyro frequentiſſime, vt exempla oſtendunt: Etiam inter *Ethnicos* talis fuit frugalitas,

† *Vide Æl. Lamprid. in vit. Heliogabal. Imp.*
* *Eſai. 22. v. 13.*
ibid. v 14.
Geneſ. 9. v. 10. & c. 18. v. 8.

Tum quoque cum ſolem nondum prohibebat & imbrem
Tegula, ſed quercus tecta cibumq; dabat.
Sylua domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes.

Ouid. de arte amand. lib. 2.

De *Cyro* referunt, quod ab hoſpite interrogatus, quid in cœnam apparare deberet, reſponderit: *Solum panem; ſperare enim ſe iuxta limpidum fontem cœnaturum!* ô probam frugalitatem! Talis erat frugalitas *Auguſti Imp*. Fuit illa ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo. *Nam maximis viris prandere & cœnare in propatulo, verecundiæ non erat: Nec ſane vllas epulas habebant, quas populi oculis ſubijcere erubeſcerent. Erant adèo continentiæ attenti, vt frequentior apud eos pultis vſus quam panis eſſet. Hæc ad humanæ mentis æſtus leniendos cum aliqua vſus ratione excogitata, cæterum ſalubritatem ſuam induſtria certiſſimo ac fideliſſimo munimento tuebantur. Bonæq; valetudinis eorum q: mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab immoderato Veneris vſu auerſa*. Hactenus *Valerius Maximus*. In hanc rem *Hilarion* ille recte: *Ego aſelle faciam vt non calcitres, nec te hordeo alam ſed paleis, fame te conficiam ac ſiti, graui onerabo pondere, per æſtus indagabo & frigora, vt cibum potius cogites quam laſciuiam.* Bene tamen quidem *Hilario*, nam & hæc exercitia ſæpe ad reſtinguendum luxuriæ incendium parum valent, vt laudum tuarum præco *Hieronym*. de ſemetipſo fatetur: *Ille ego qui ob gehennæ metum tali me carcere ipſe damnaueram, ſcorpionum tantum ſocius & ferarum, ſæpe chorais intereram puellarum. Pallebant ora ieiuniis, & mens deſideriis æſtuabat in frigido corpore, & ante hominem ſuum iam carne præmortua ſola libidinum incendia bulliebant*, quare optimum inſtitutum

Ex lib. 22. Ammian. Marc. refert Eraſm. Apophthegm. lib. 8. p. 698.
Valer. Max. lib. 2. c. 5.
Iuuenal. Satyr. 1. Quis fercula ſeptem ſecreto cœnauit auus? &c.
Phil. Melāchthon. Wir freſſen vnd ſauffen vns Arm/ Kranck/ vnd in die Hell.
Hieron in Vir. Illuſtrib. §. Hilario.
Frugalitas mater Virtutum.
Hieronym. in Epiſt. ad Euſtoch.
Id. in Epiſt. de vitand. contubern. ſuſpect.
Quod non licet, dulcius ſuſpicantur.

* *Si fauces arent vixq; eſt via vocis in illis;*
Hauſtus aquæ mihi nectar erit, vitamq; fatebor
Accepiſſe, ſimul vitam dederitis in vndis.

* *Ouid. Metamorph. lib. 6.*

CARNIS CVRAM NE FECERITIS, VT *laſciuiat.*



Dum miſeræ fugitiua Caro ſolamina vitæ
Quærit, et ex choreis gaudia mille capit:
Verbere crudeli pauidam male conſcia mentem
Terzet et occulto Culpa dolore premit.

Dem fleiſch zu lieb viel ding geſchicht,
Dem zur freüd Wirt der Dantz angricht:
Die arme Seel vom böſen Gwiſen
Wert jämerlich zerplagt, zerſchmiſen.

Tandis que ſon pliaſir l'Aſne à danſer veut prendre
Sans penſer qu'vne fois il faudra conte rendre;
Mauuiaſe Conſcience fait à l'Ame tourment,
En la fouettant la chaſſe au loin cruellement.

Ex Suida: refert Eraſm. Athenæus in Dynoſophiſt. lib.12. Quintil.lib.3. Maxim.Tyrius in diſſert. 3.de voluptat. Vbique decantata eſt hæc ſtultitia.

DVm hanc Emblematicam Tabellam intueor, moneor ſtultitiæ Sybaritarum, qui equos ſuos ad ſonitum tibiarum ſaltare edocebant, quod in conuiuiis maxime ipſos delectauit. Factum eſt autem, vt talis tibicen à Sybaritis certa de cauſa ad Crotoniatas Sybaritarum hoſtes tráſfugeret, & paulò poſt Sybaritæ contra Crotoniatas expeditionem belli ſuſciperent: Ibi Tibicen ille, ſe ipſis (Crotoniatis) victoriam, ait, in manus traditurum, ſi immunitatem libertatemque ipſi pollicerentur; quod factum: Ibi tibicen conſuetam cantilenam, qua equi Sybaritarum ad ſalta-

tionem

tionem incitarentur, tibia canit, & confeſtim equi Sybaritarū in choræas conuertuntur, ſeſſores excutiūt, & Crotoniatis certam victoriam in manus tradunt.

Simil. quid apud Gell. lib. 1. c. 11.

Auditum admiſſi riſum teneatis amici.

Horat. de art. Poetic.

Nos Germani dicere ſolemus: Wann dem Eſel zu wol iſt/ſo geht er vffs Eyß dantzen/vnd bricht ein Bein.

Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis,
Nec facile eſt æqua commoda mente pati.

Ouid. in Amorib.

Saltat & calcitrat aſinus ante retróque. Quemadmodum igitur aſellus auena expletus calcitrat, ſaltat, recalcitrat, cumque hyeme concreuere flumina, glaciem petit, ac crus fractus ſaltat: Ita homo CARNALIS quiſque rebus ſecundis inflatus, intumeſcit, luxuriat, & in omnis generis vitia ac libidines ſeſe ingurgitat, in æternum animæ exitium & conſcientiæ, quod vel ex vno diuitis Epulonis exemplo perſpicuum fieri poterat. Sed grauis eſt *Conſcientiæ* læſio: grauiſſima *Animæ* ac ſalutis iactura.

Eccleſ. 7. v. 14. Tempore boni verſare in bono: Tempore autem mali vtere.
Deut. 32. v. 15. Populus Iſrael ſatur recalcitrat.

Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora, pro meritis ſpemq́ metumq́ ſuis.

Πάντα μέσοισιν ἄριςα.

Conſcientia Codex eſt, in quo peccata noſtra quotidiana conſcribuntur. Quare in omni opere noſtro (quod B. *Gregorij* fideliſſimum eſt monitum) *tacite recurrere debemus ad mentem & interiorem teſtem, conſcientiam.* Et *quemadmodum conſcientia bene actæ vitæ, multorumq́ benefactorum recordatio iucundiſſimum eſt*, affirmante Tullio: *Sic nulla pœna grauior eſt, quàm interioris vulnus conſcientiæ. Quare maximi æſtimare quemque conſcientiam mentis ſuæ decet, quam à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuidi non poteſt.* Concludemus igitur cum Ambroſio: *Nec enim mihi dixeris illum menſa ſumptuoſa frui, veſtibus circumdari ſericis* (vt hactenus de *Carnali noſtro* homine audiuimus) *mancipiorum greges circumferre, alios ſubmouere in foro: ſed explica mihi iſtius conſcientiam, & videbis intus grauem peccatorum tumultum, ingem metum, tempeſtatem, turbationem, videbis velut in curia mentem ad thronum conſcientiæ conſcendiſſe regalem, & tanquam iudicem quempiam ſedentem. & cogitationes loco carnificum adhibentem, in equuleo ſuſpendentem, lateraq́ conſcientiæ radentem vngulis, pro commiſſis vehementer inclamantem, quum nemo ſciat, niſi quod ſolus Deus hæc videre nouerit. Voluptas quidem temporaria eſt, at dolor perpetuus, timor vndique ac tremor, ſuſpicio, anxietas, angulos metuit, vmbras formidat, amarum accuſatorem circumferens conſcientiam, ſuo iudicio damnatus.* & quæ ſeq. Talis conſciētia mala præludit morti animæ, *morti peccatorum peſſimæ.* Nam niſi ſanentur talia conſcientię vulnera vulneribus D. N. I. Chriſti, fit veſtibulum inferni, & æternorum cruciatuum. Quare conſcientia ante omnia tranquillanda eſt, eique cogitatione, verbo, opere parcendum.

Luc. 16. v. 19. Vt eſt in Tabella. Ouid. lib. 1. Faſtor. Auguſtin. in Pſal. 50. Gregor. Hom. 9. in Ezech. In Caton. Maior. Ambroſ. in Matth. Cicero pro Cluent. Ambroſ. Homil. 1. de Lazar. Sap. 17. v. 11. 12. 13.

OPERA

OPERA CARNIS FACIENTES REGNUM *Dei non conſequentur.*



Si Caro pallentis ſentiſcat ſpicula morbi,
Accurrit medicus ferre paratus opem:
Sed Animæ raros rariſsima cura medendi
Tangit; at ingenui fata timenda timent.

Wann der leib nur ein wenig krenckt,
Als bald man an die cur gedenckt:
Gar ſelten man ein finden kan,
Der ſich der matten Seel nehm an,

N'eſt ce point choſe eſtrange, que les hom̃es Charnels
Sur la fin de leur vie, aux tourmens eternels
Ne veulent point penſer: Puis qu'a penſer leur Aſne
S'amuſant, à Satan en proye vient leur Ame.

FINIS hominis carnalis. VEnio denique ad cataſtrophen HOMINIS carnalis, quam vnumquéque prudenter conſiderare oportet, ſecundum monitum Pſalmographi. Ea autem eſt miſera, horrenda, tragica; Nam

Pſal.39.v.5.6.7.
Pſal.90.v.12

Felix criminibus nemo fuit diu.

Pſal.10. v.6. ,, Dixerat forte ſecum: *Non dimouetur in æternum*: ſed nunc plane contrarium ipſo facto experitur. Nam nuntius mortis, *lethalis morbus* pulſat fores corporis atque animi: quid heîc remedij? Quæruntur Medici: tota ebibuntur Pharmacopolia. ô factum ſtultè! Deus primum & ante omnia in vota accerſen-

accerſendus erat, reſipiſcendum erat, & ſerio ad Deum conuertendum; hoc pij ac ſapientis erat! *Prima enim & vna ſapientia eſt in pœnitudine peccatorum præteritorum: in contemptu præſentium commodorum: in deſiderio futurorum præmiorum. Inueniſti plane ſapientiam* (animæ ſanitatem) *ſi prioris vitæ peccata defleas, ſi huius ſeculi deſiderabilia paruipendas, ſi æternam beatitudinem toto deſiderio concupiſcas*; vt piè B. *Bernhard.* quod ipſum Sapiens monet: *Fili, in tua inualetudine ne deſpicias, ſed ora Dominum, & ipſe te curabit. Abſiſte à delicto, & ab omni peccato cor munda. Pinguem offer orationem. Deinde Medico da locum. Et oratio fidei alleuabit.* Sed plane hîc agitur præpoſterè: cùm tamen nulla vis ſit in Medicina, niſi Deus gratioſe addat: Non iam, ferè dixiſſem de Medicorum extrema ſæpe ruditate, quibus felicius vitulos quàm homines curare conueniret. Nam multi eius farinæ ſunt cum illo, de quo noſter Poëta:

Bernhard. in pec. quod ſermon. *Syr. 38. v. 9. ibid. v. 10. ibid. v. 11. ibid. v. 12. Iacob. 5. v. 15.*

Ægroti Medicus cupiens cognoſcere morbum,
Inſpectat lotium ſole micante diu:
Currus in oppoſito fœni ſtat fortè locatus,
In vitro cuius hæret imago breuis.
Quam Medicus cernens, habet hic, exclamat, in aluo
Cum curru clauſos quattuor æger equos.

Iocoſer. Narrat. 588. Leſſ. in Epigramm.

O Corydon! Corydon! quæ te dementia cæpit! Refert Magnificus vir *Otto Melander*, quod ad Medicum quendam recens interfecti vituli vrina perlata ſit, quam diu contemplans: *Na*, inquit, *grauiſſime hic homo ægrotat, & eſt perditæ omnino valetudinis, ad reſtim res rediit, grauiſſimas enim lienis obſtructiones patitur, quod ſi ſaltem nudiusquartus opem noſtram imploraſſet, poteramus illum priſtinæ valetudini reſtituere.* Et talibus concedenda eſt noſtra vita! quis non oraret; *A Medico indocto, à cibo bis cocto, ab amicitia reconciliata, & à mala muliere, Libera nos bone Domine. Dion Caſſius* apertè ait: *Turbam medicorum interfeciſſe Imp. Adrianum.* Et graui hoc *Aſſæ* Iudæ Regi vitio datur, quod Medicos non Dominum in infirmitate ſua quæſierit. Quare etiam exitus plerumque eſt talis, qualem heîc vides, nempe ſoluta à corpore anima à dæmone portatur in infernum: Hic finis eſt hominis carnalis. *Carnis* igitur *ita habenda eſt cura, vt ne ferociat.* Salutare documentum eſt Auguſtin. *Semper atque ſemper caro noſtra ſubiecta ſit animæ, & ſicut ancilla famuletur Dominæ ſuæ. Ne præbeamus vires illicitas corpori noſtro, ne committat bellum aduerſus ſpiritum noſtrum, ſed ſemper ſit ſubiecta caro, vt obtemperet iuſſis ſpiritus ſui. Neq; incraſſari permittamus ancillam, ne contemnat dominam ſuam.*

Otto Melander Iocoſer. Centur. 2. *Dion Caſſius Nicæus in Adrian* *2. Paralip. 16. v. 12.* *In Pictur. Embl.* *Rom. 13. v. vlt.* *Auguſtin. de ſalutar. document. cap. 25.*

L NE

NE INEBRIAMINI VINO, IN QVO EST ἀσωτία.



Inſidias nectit pedibus luctáq; doloſa
Allidit tremulæ cobla Liæus humo.
Ein kluger kämpffer iſt der wein,
Wirfft vmb vnd nimt dis fus erſt eijn:
C'eſt ainſi que Bacchus emporte la victoire
Des homes, qui touſiours verſent au lieu de boire;

Vtere, ſed modicè generoſi munere Bacchi,
Ne mens cum numbris præcipitata ruat.
Trinck ſo viel als dir iſt geſund,
Sonſt ſtürtzſtu die Seel in abgrund.
Parquoy donne t'en garde boy le vin ſobrement:
Tu damneras ton ame et ton corps autrement.

EBRIETAS. Terent. in Eunucho Act. 4. Scen. 5.

AD viuum depictum heîc vides illud Chremetis Terentiani, *Atat*, inquit, *data hercle verba mihi ſunt: Vicit vinum, quod bibi: Ac dum accubabam, quàm videbar mihi eſſe pulcrè ſobrius: Poſtquam ſurrexi, neq; pes neq; mens ſatis ſuũ officium faciunt.* Non autem Chremetis tantum hic error, ſeu potius crimen eſt, ſed etiam multorum ac magnorum virorum. Mirum ſanè:

Conrad. Celtes Poeta German.

Taurus habet certas potandi tempore Leges,
Sic equus, & liquidus quem vehit aër auis.
Sed nos diuina qui cum ratione vigemus,
Cur Venus & Bacchus nocte dieq; tenent.

Sapien-

Sapienter *Philemon: Quid iuuat*, inquit, *hunc viuere, qui vitam neſcit ſuam?* Audiendus Ouid.

> *Certa tibi à nobis dabitur menſura bibendi,*
> *Officium præſtent mensq; pedesq; ſuum.*

Sed nec nouum Chremetis, nec infrequens huius, quem heîc videmus, crimen eſt, ſemper fuerunt tales *πολυπόται*. *Maximinus* Imp. ſæpe vno die totam amphoram vini bibiſſe memoratur. *Bonoſus* Imp. tantum mingebat, quantum bibebat; qui cum laqueo gulam ſibi fregiſſet, penderetq; : Non hominem, ſed *Amphoram pendere* dicebant. *Vitellius* Imp. ad perdenda vina natus dicebatur. *Milo Crotoniates* tres choas bibebat vini. *Ægon* pugil Crotoniates (Theocritus indicat) *ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάσδας*. *Phago* ad menſam *Aurel. Imp.* Omam vini bibebat. De *Diotimo Infundibulo* dicto Athenienſi non dicemus. Midæ Regis Spurius *Lityerſas* metretam vini bibebat. *Dionyſius Iunior* Siciliæ Tyrannus nonaginta dies continuos bibere poterat. *Promachus* apud Alexandrum Magnum bibendo talentum merebat. *Antonius Triumvir* ad vomitum vſque in conſpectu Quiritum bibebat. Vnde Caldius Biberius Mero appellatus: *Sext. Aurel. Victor. in Tiberio. Tiberius Claud.* Imp. vt ieiuni biberent, & potus vini cibos antecederet, legem tulit. *Nouellius Torquatus* Mediolanenſ. vno impetu tres congios epotabat. *Cicero* filius duos congios. *Thraces*, quod *ἀκρατοπόται* malè hoc nomine audiebant. *De Cimone, Alcibiade, Polemone, Lucio Piſone & Coſſo*. &c. *Mythridate Pontico* & aliis non dicam. Res noui ac peſſimi exempli fuit, quod *Wenceſlaus Imp.* vini tam auidus fuit, vt tametſi Bohemiæ, Hungariæ, adeoque Italiæ vina haberet planè generoſiſſima, Fürſtenbergenſis tamen vini Rhenani aliquot Cados à celebri ciuitate Germaniæ efflagitârit, quam etiam à fide & Iuramento propterea, quo ſibi deuincta erat, abſoluit. Talem bibulum in celeberrimis Comitiis Auguſtanis Anno cIↃ IↃ XXX. glorioſiſſ. Imp. Carolo V. adfuiſſe tradũt, quoi de die vix amplius Oma ſatisfaciebat. Monſtra hæc potius hominum quam homines dicas. Hos nunc tota Germania, magni, parui, medioximi imitantur, vt eſt in Verſu veteris Poëtæ:

Exl. πολυποτῶν.
Iul. Capitolin. in Maximin. Imp.
Fl. Vopiſc. in Bonoſ. Imp.
Sueton. in Vitellio Imper.
Theocrit. recenſ.
Recenſet talia & multa alia Bruno Seydelius lib. 3. de Ebrietate: vnde peti poſſunt.
Plin. lib. Nat. Hiſtor. 14. c. vlt.
Alex. ab Alexand. lib. 6. c. 20. pag 36. b
Wenceslaus Imp.
Philipp. Melanchtht. recenſ. in Act.

> *Ebria Germano vitio ſuffuſa laboras,*
> *Nam titubant greſſu lingua pedesq; tuo.*
> *Quid iuuat inſano pectus lymphare veneno;*
> *Et male compoſito gutture verba loqui? &c.*


Conradus Celtes. Et Hel. Eoban. Heſſus de Ebrietat.

Sed prout ſemper fuerunt qui turpiſſimum iſtud crimen deteſtarentur ac taxarent, ita nec nunc deficiunt tales. Non hoc agimus, vt ſitiens adhuc homo ad naturæ ſatisfaciendum, quæ paucis contenta eſt, deſinat, vt apud Xenophontem Cyrus, ſed ſaltẽ exceſſum prohibemus, nimirũ

> Βάκχου μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολὺ, μηδ' ἐλάχιστον
> Ἐστὶ γὰρ ἢ λύπης αἴτιος, ἢ μανίης.

Xenophon de Cyro.
Vetus Epigramm.

CVM CERERE ET BACCHO ÆSTVAT *Venus.*



Quæ diam oblinet mentem furioſa libido,
Accipit e multo pabula læta mero.
Venus brunſt vnd blinde vnzucht
Ihr Nahrung bey dem Baccho ſucht.
Ce ieune hom̃e, eſcoutant ce que Bacchus veut dire,
Regarde vers Venus, qui point ne ſe retire.

Ne noceant Veneris cœciq́ Cupidinis artes,
Legitimo fuerint vina bibenda modo.
Wo du nicht hälteſt mas vnd Ziel,
Kanſtu dir ſelber ſchaden viel.
Donne toy donc de garde de trop boire ſi veux
Eſchaper les embuſches de l'infame Venus.

DIdicimus quondam pueri ex *Theognide*, quod facere nunc conueniebat:

Αὐτοτελὴς ἀεὶ ὕδατος πότος.

> Διςάτοι πόσιος κῆρες δειλοῖσι βροτοῖσι
> Δίψα λυσιμελὴς καὶ μέθυσις χαλεπή.
> Τούτων δ' ἂν τὸ μέσον στρωφήσομαι, οὐδέ με πείσεις,
> Οὔτε τι μὴ πίνειν οὔτε λίαν μεθύειν.

Epheſ.5.v.18. Τῆς μεθύσιως ἑπόμενα.

Sed vbi ſunt nouẽ? quis iſtud obſeruat? Paulinum illud quotidie ac magis magisque verum eſſe experimur, quod *in vino ſit* ἀσωτία. Quod opere (proh

(proh dolor!) comprobant ipſo tot deierationes ac blaſphemiæ per ingurgitationem commiſſæ, idemque plane Opt. Deo à nobis, quod Icaro contingebat, qui cum paſtorum turbam inebriaſſet, ab ipſis occiſus eſt, atque adeo fit vt *Muneribusq́; ſuis lædatur vt Icarus, in quem*
Intulit armatas ebria turba manus.

Ouidius, Tibullus, Propertiꝰ, Auth.

Ex hoc eodem fonte ſcaturiunt, conuitia, maledicta & probra in proximum: Exitus acta probat; Quare Sapiens: *Acerbam animam facit vinum multum potum, irritatione & aduerſo caſu. Auget animam ebrietas imprudentis ad offenſionem, minuit robur & acquirit vulnera. In conuiuio vinoſo ne redarguas proximum, ne facias eum nihili in lætitia: Sermonem probroſum ne dixeris ei, neque angas eum obuerſantem tibi.* Hinc Ouid. prudentiſſime lib. I. de art. amand.

Syr. 31. v. 38. 39. 40.
ibid. v. 41.

Iurgia præcipue vino ſtimulata caueto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.

Inter alia mala, quæ ex vino immoderate ſumpto proficiſcuntur, eſt etiam *Luxuria*, Venus, ſtupra, adulteria, inceſtus, & omnis generis Ἀφροδίσια: Nam *Bacchus Venerem ſtimulatur*, quod hæc noſtra Tabella Emblematica inprimis perſtringere conatur. *Eſt* enim *in vino luxuria.* Vnde Sapientiſſimus: *Ne reſpicito vinum, cum rubeſcit, cum exhibet in poculo colorem ſuum: Tādem velut ſerpens mordebit, & vt hæmorrhous punget. Oculi tui reſpicient alienas, & animus tuus eloquetur peruerſitatem*, &c. *Iam verò*, ait Plinius, *quæ vaſa adulterijs cælata: tanquam per ſe parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur*, &c. *Nimirum tunc auidi matronam oculi licentur*, pergit Plinius, *graues produnt marito, &c. quod, absque* Baccho immoderato ſi eſſet, vtique vitari poſſet, vt verè Poëta,

Venus γαστριμαργίας comes, ſicut dicitur: ſine Cerere & Baccho friget Venus.
Prou. 23. v. 32 33. &c.
Plin. Natur. Hiſtor. lib. 14. cap. vlt.

Sum ſatis illecebras contra munitus Amoris,
Ne ſolus ſolum me ſuperare queat.
Nec formido Deum, quamuis mortalis, at ille
Si Bacchi adiungat munera magna ſibi;
Non hoſtes contra geminos contendere poſſum,
Et ſpolia ex vno eſt non graue ferre duos.

Hieronym. in Epiſt. ad Euſtoch. Si quid itaque in me poteſt eſſe conſilii, ſi experto creditur, hoc primum moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinum habeat pro veneno.

Emphatica planè verba ſunt, quæ de Holopherne ebrio aduerſus ſanctam Iuditham produntur: *Ita exſurgens ornauit ſe veſte, & toto mundo muliebri ſuo, cumque accedens ancilla eius ſtrauiſſet ei coram Holopherne humi eas pelles*, &c. *Tum obſtupeſcente corde Holophernus de ea, & COMMOTO ANIMO EIVS fuit CVPIENTISSIMVS*, &c. Ita vinum oculos, oculus ὁρμὴν incitat, vt iam fræno abiecto regnet cupiditas, & ad libidinis expletionem raptet, trahat, arctet, adeoque planè ad inſaniā poſcat, prout & *Pythagoras* ebrietatem τῆς μανίας μελέτην vocitat, & furioſorum plane more ebrius ſe ingurgitet in flagitia & ſcelera, quemadmodum nos Germani *hiſtoriam* habemus *de quodam qui in placitum Satanæ ſe* inebriauerat, & ſimul Adulterium, Homicidiumq; patrarat. Quare veſtra *corda crapula non grauētur:* Meminerimus, χρηστ; εἶπε, πρόσεχε. *Valde turpe eſt, vt quem non vincit homo, vincat libido, & obruatur vino, qui non vincitur ferro. Quemadmodum, ebrietas decepit, quē Sodoma non decepit. Et flammis mulierū vritur, quem ſulphurea flamma non vrebat.*

Lib. Iudith cap. 12. v. 15.
ibid. v. 16.
Pythagoras frugaliſſ.
Luc. 21. v. 34.
1. Pet. 5. v. 6.
Auguſtin. Epiſt. 40.
Id. ſuper Gen. ad Lit lib. 5.

CANINA EBRIETAS.



Iuncta Venus Baccho nil non culpabile ſuadent,
Cum ſtupido mentem corpore dedecorant.
Quin cum Corde ſimul cedit Sapientia Baccho
Hoc vbi membra jacent obruta, nulla ſalus.

Witz vnd verſtant als bald auſſläicht,
Wo Wein vnd Venus luſt einkreücht:
Der Wein hats hertz in ſeiner handt,
Ein trūncken Menſch beſtoth mit ſchandt.

Car Bacchus et Venus n'ont fait choſe qui vaille,
Ce pauure hōme a perdu ſon coeur en leur bataille,
Vois tu bien ce Satire qui ſ'en rie tout joyeux!
Ainſi fera le Diable de toy, ſi ne fais mieux.

Vomitus Ebrioſorum.

ALiud immoderati Bacchi perſtringitur vitium, quo Apollines quidē fiunt, Vnd ſingen/daß die Noten (ſaluo honore) auff die Erden fallen. Non iam dicam quā turpe hoc ſit nobis Chriſtianis; etiam Ethnici id criminis vel maximè deteſtati ſunt: Lege ſis, quæſo, *Plinium: Iam vero* (inquit) *alios lectum exſpectare non poſſe, imo vero nec tunicam: Nudos ibi protinus anhelos ingentia vaſa corripere, velut ad oſtentationem virium, ac plane infundere, vt ſtatim euomant: rurſusq; hauriant, idq; iterum tertiumq;, tanquam ad perdenda vina geniti: & tanquam illa effundi non poßint, niſi per humanum corpus. Huc pertinent peregrinæ exercitationes, & VOLVTATIO in COENO, ac pectoroſa ceruicis repandæ oſtentatio.* Quanta turpitudo fuerit in vita & moribus *Antonij Triumviri*, ſemper inter

Plin. Natur. Hiſtor. lib. 14. cap. vlt.

Quis noſtrorū mores melius deſcribere potuiſſet?

Pergit Plinius.

inter aleatores, ſcorta, ebrioſq; verſantis, quiq; in Hippiæ nuptiis cœnatus tantum vini per vniuerſam noctē hauſit, vt poſtridie in concionē vocato, neceſſe fuerit vomere, quodā ex amicis togam ſubiiciente, viuis coloribꝰ depingit Cicero, cum aduerſus illū exclamat: *Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate tātum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe fuerit in P. R. conſpectu vomere poſtridie. O rem non modo viſu fœdam, ſed etiam auditu! ſi inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidiſſet, quis non turpe duceret? In cœtu verò populi negotiū publicū gerens, Magiſter Equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis, vinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal impleuit*, &c. Audin' quanta pro turpitudine Cicero reputet vomere; quid nos dicemus? Idem ſanè reprehendere voluiſſe Ouidium *Circes fabula*, homines in porcos ſuâ μεθύσει conuertentis, quis eſt ſanus, qui vllo modo poſſit ambigere? Non dicam iam quomodo ebrioſus incurrat in diuinum interdictum ac pœnam: non dicam de temporali pœna, *Paupertate* nimirum, nam *qui temulentiam* καὶ μέθυσιν *amat, non diteſcit*. Et lepidè Sabin. in Poëmat. de decoct.

Antonius Trium-vir guloſus & vomens.

M. Tull. Cicero Orat. in Antoniū Trium-virum.

Ouid. lib. 14. fabul. 3.

Georg. Sabin. Comm. in lib. Metam. ibi.

Prou. 21. v. 17

Cùm ſua decoctor ſubeuntem limina furem
Quærere ſperatas nocte videret opes:
Nocte quid in noſtris circumſpicis ædibus, inquit,
Hîc ego nil media cernere luce queo.

Et *Ignominia*, quam vinoſus homo contrahit, q̄ omnia pulcrè contrahit Poëta noſter, qui ad imitationem Famæ Virgilianæ deſcriptæ de Ebrietate ita canit:

Hel. Eoban. Heſſus.

Ebrietas commune malum, crimenq; iuuentæ,
Ebrietas vitium, cladeſq; æternæ ſenectæ,
Ebrietas vitæq; ferox, animiq; Tyrannus,
Turpe malum, quo non aliud damnoſius vllum:
Debilitate manet, vireſq; exſtirpat eundo.
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in artus,
Ingrediturq; caput, ſenſuſq; obnubilat omnes.
Hanc peperit mater, Luxu patre, blanda voluptas,
Extremam, vt perhibent, Veneris Morpheiq; ſororem,
Infirmam pedibus plumbumq; imitantibus alis.
Monſtrum horrendum, ingens, cui quot ſunt corpore plumæ
Tot putres papulæ ſubter, mirabile dictu.
Tot ſomni ſpecies, tot ſunt ſine nomine mendæ
Nocte furit, ſiccoq; diem nunquam ore ſalutat,
Luce ſerit rixas & magnas commouet vrbes
Tam iuris rectiq; tenax, quam neſcia veri.
Ebrietas commune malum, crimenq; iuuentæ.

Optimum igitur παράγγελμα Dioſcoridis audiamus, non vinum prohibentis, vt Muſulmannus, nec vt fel Draconis, calumniantis, vt † Manes, ſed τὸ μὴ διψῆν, καὶ τὸ μετρίως βρέχεσθαι τὴν τροφήν: μέθη δὲ πᾶσα καὶ μάλιστα ἡ συνεχὴς ἐπιβλαβής. Hactenus Dioſcorid.

Dioſcorides.

† Vide Auguſtin. de hæreſ. & Danæum Comment. in Eund.

VENA-

VENATVS, PISCATVS, AVCVPIA, CVPEdiæ, pernicies ingenuorum.



Sperne Voluptatem carnalem, ut retia vites, Lena, canes, piſces, volucres, Cupedia, porcus
Quæ certam noxam per niciemq; creant. Quam multis (multos) implicuere modis.
Der wòlluſt Netz vnd Fleiſches garn Fiſchn, vögeln, Iage vnd ſonſt naſchen,
Fleüch, wilt nicht ins verderben fahrn: Hat manchm gelährt ſein hauß vnd taſchen.
Charnelle volupté fuij tant qu'il t'eſt poſſible: La chaſſe, & Friandiſe, Maquerelle & Pourceau:
Si tu ne veux tomber en ſarets tant nuiſſible: A pluſieurs ont fait perdre la bourſe: & le cerueau

VENATVS. MVlta ſunt, quæ hac Tabella & perſtringuntur & corriguntur. *Primū* eſt ſtudium venandi, quo multi tam inſanum in modum tenentur, vt etiam neceſſaria vocationis opera propterea intermittant. *De Nerone* certe referunt, quod non tantum piſcatui, venationibus & aucupiis deditiſſimus fuerit, ſed quod etiam aureis ad id retibus fuerit vſus. *Venandi ſtudio*, inquit de *Adrian. Imp. Dion Caſſ. Nicæus, ad inſaniam & periculum tenebatur, nam inter venandum diffracto humero, & crus pene confregit, & inſidiæ ipſi ſunt ſtructæ.* Intempeſtiuum etiam venandi ſtudium taxat Hiſtoriographus

Sueton. in Nerone August.

Dion Caſſ. Nicæus in Adrian. Imp.

phus in *Vero* Imperatore: *Cum*, inquit, *interfecto Legato, cæſis Legionibus Syriis defectionem cogitantibus, oriens vaſtaretur,* ILLE IN APVLIA *venabatur, & apud Corinthum & Athenas inter ſymphonias & Cantica nauigabat.* [*Iul. Capitolin. in Vero Imp.*] Ipſe *Paulus Iouius* Pontificum aliâs Adulator haud obſcurus, de *Leone X.* in hunc modum liberè ſcribit: *Venationibus etiam, Aucupiisq́; adeo perdite ſtudebat, vt ſpurciſſimas ſæpe tempeſtates, inſalubresq́; ventos, & frequentia manſionum ac itinerum incommoda obſtinate contemneret.* [*Paul. Iou. Hiſtor. in Leon. X. Pont. Max.*] Sed de hoc ſtudio in *Viridario* noſtro *Hieroglyphico* plura diximus. Nos Germani non minus eleganter quàm verè dicere ſolemus: Fiſch fahen/ Schlincken ſchlagen/ Vögel ſtellen/ verderbt manchen Geſellen. [*Laudat Odenatum Trebell. Pollio, in Tyraun.*] Quod quidam metricè haud infelicius reddidit: [Α᾽δήλε.]

> *Si quis malorum gaudeat commercio,*
> *Rogare qualis ipſe ſit, nil opus eſt:*
> *Nam quiſque ſimilis eſt ſodalitij ſui:*
> *Vadens ad aucupia cum viſco & illice.*

De lenis haud pauciora dicenda erãt, ſed, Gratia Deo, qui hoc malũ publice apud nos exoleuiſſe voluit. [*De publicis Proſtibulis.*] Vtinam autem & clam, inprimis in magnis Rebuſpũblicis æquè deſiiſſet: Male ſane, ſi non peſſime cum Roma agebatur, cum vrbis Præfectura, atq; adeo q. ſumma Rei tam infimæ ſortis habita eſt, vt Heliogabalus etiam Lenones ad Præfecturam vrbis prouehere non dubitaret. [*Alex. ab Alexand. lib. 6. cap. 20. pag. 36. b.*] Inquis; at per publica proſtibula lenasque, ædes ac thori reliqui eo ſecurius in puritatem vindicantur? Non dicam iam, quàm incertum hoc ſit, ſed ſaltem Apoſtolicum illud conſiderare tales velim: *Non eſſe facienda mala, vt eueniant bona.* [*Rom. 3. v. 8.*] Interim certum: Occaſionem facere fures, & eſſe talia proſtibula perniciem iuuentutis, ἐκ τοῦ γὰρ εἰσορᾶν, γίνεται τὸ ἐρᾶν. Cum alias *Ignoti nulla ſit Cupido.* [*Taxat Valer. Max. lib. 9. cap. 1.*] Non dicam de iis qui matrimonio iuncti ſunt, & per occaſiones facile decipi ac labi poſſunt. Nota eſt *hiſtoria de S. Nicolao*, quod parens pauper, occaſione talium locorum inhoneſtorum ad turpem quæſtum duas ſuas filias proſtituere voluerit, quod munificentia tanti viri eſt non tam liberaliter quàm pie interuerſum. [*Exl. 8. p. 581. Niceph. lib. 8. cap. 14. Centur. Magdeburgenſ. 4. c. 10. p. 964.*] Non dicam, quod plane etiam contra ciuilem honeſtatem militet, & nos Gentibus totos æquiparet. Habeant parentes de nubilibus ſuis liberis in conſpectu illud S. Ignatij: Τοῖς νεωτέροις ἐπίτρεπε γαμεῖν (intellige, qui donũ caſtitatis non habent) πρὶν διαφθαρῶσιν εἰς ἑταίρας. [*Herman. Gigas in faſcic. Tempor. Ignat. dict.*]

Non vocauit nos Deus ad immundiciem. Imo *ab omni ſpecie mala nos abſtinere* oportet. De Cupedia non dicam, niſi: *Curam corporis habete, ſed ita vt ne laſciuiat.* [*1 Theſſ. 4 v. 7. & c. 5. v. 2. Rom. 13. v. vlt.*]

SERA IN FVNDO PARSIMONIA.



Currite Mortales: Regina Pecunia Mundi In Pretio pretium eſt dat cenſus honorem et amicos:
Peruerſi, propero pregit arbire gradu: Currite, ſed ſaluo tramite Iuſtitiæ.
Laufft, laufft, ihr leut, das lauffent Gelt Wer Gelt hat, der ſitzt oben an:
Regiert ietzunder in der welt, Wol dem ders mit recht haben kan.
Courés pauures Humains: voila Dame Pecune, Affection de voſtre tant deſordonné ſoin:
Qui ſen va eſchapper de vos mains, ſans aucune Le Iuſte ſe contente d'en auoir au beſoin.

Ethic. Chriſtian. lib. 3. c. 5 fol. 349. *Amplior declaratio.* PRodigalitas eſt nimia & inconſiderata pecuniæ profuſio, quæ funeſtum bonorum ſuorum exitum tandem facit ac furioſum, ait Danæus. Ἀπειροκαλίαν καὶ βαναυσίαν vocant, quãdo nimirum quis nimio luxu facultates ſuas profun-,, dit, vel nulla vel leui de cauſa ſeipſum ita exhaurit, vt non habeat, vnde ,, deinceps vel ipſe cum ſuis honeſte viuat, vel etiam debitam Liberalitatẽ ,, erga alios exercere poſſit. Turpe & exitialé hoc crimen eſt, non reputans ,, dona Dei, nec eo loco habens, quo merito haberi ea conueniebat; vel a-,, lias non neceſſarios ſumptus facit, qui melius collocari poterant ac de- *Luc. 16. v. 19* bebant, vt de illo *diuite Epulone Euangelico* legitur: Ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον,

βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. Sic Prodigalitas eſt, quando *Cleopatra* vnionem bis mille aureis æſtimatã ſemel poculo inijcit, & vno impete exhaurit. *Cleopatræ prodig.* Prodigalitas fuit, quod C. Caligula, ille diuinos honores adfectans Imp. impius vno anno ſexcentas & ſexaginta quinque tonnas auri prodegit. *Sueton. & alii poſt eum, itid. perſtringunt prodigal. Vitellii.* Verbo dicam prodigalitas eſt

Cum quis de paruis vult plura abſumere rebus,
Quærere quam vigili ſedulitate poteſt. *Ἀδήλου ἢ μελάγχθου.*

Quare Platonis monito, *moderate prandendum, vt eo melius cœnemus.* *Platonis dictum.* *Recordandum tempore abundantiæ tempus famis, Paupertatem atque Indigentiam, quando eris diues.* *Syr. 18. v. 25. 26.* Haud incongrue improperabat Plato Agrigentinis, *quod ædificarent, quaſi ſemper victuri, & comederent quaſi ſemper morituri.* Moderatius *Phocion* Athenienſium Princeps, oblatam ei à quodam pecuniam remittens, rogatus cur ſaltem filio ſumendam non relinqueret, reſpondit: *Æliàn. lib. 12. var. hiſtor.* *Si filius vitam moresq́ compoſuerit, viuet paterna hæreditate contentus, ſi prodigus fuerit, nec hoc ſufficiet.* *Refert Bruſon. lib. 1. c. 9. Vid. A. Gell. in Noctib. lib. 2. cap. 24. Diogen. Laërtius lib. 3. in vit. Crat.* Quod itidem *Crates* Philoſophus Thebanus feciſſe legitur, tametſi ab aliis aliter percenſeatur: *Magnam pecuniæ vim apud numularios deponens mandauit, vt ſi filij eo mortuo frugalem ac ſobriam vitam agerent, eis tota cederet, ſin prodige, nihil acciperent.* † Nos multo magis, ſi *victum & amictum habemus, ſufficiat nobis:* propter * offam nemini adulemur (vt in viridario noſtro Hieroglyphico prolixe diximus.) *† 1. Tim. 6. v. 4. 5. & ſeqq.* ** vt Ariſtippus Dionyſio. Laërt.* *Rapinam, Fraudem* atque *Auaritiam* toto pectore fugiamus, quemadmodum in ſuperioribus ſæpiſſime monuimus. *Aleæ* exercitium recreationis cauſa nec malum nec vituperandum eſt, id ſaltem cauendum, ne intempeſtiue eo vtare, nec quæſtum ex ea quæras. *De Alea.* Optimus quæſtus, vectigalque opulentiſſimum *parſimonia* eſt: *Maximum vectigal parſimonia.* Maxime ſi accedat debitus *Labor*, & exercitatio operum vocationis, quibus Prodigalitas non tam piè quam honeſte reſtringitur, vt hæc omnia ſunt in Tabella noſtra Emblematica. *Sera in fundo parſimonia*, ait *Seneca* noſter: *Ex Seneca Eraſm. in Chiliad.* In tempore parcendum eſt rebus neceſſariis, neque imitandum profuſorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere, poſteaquam viderint minimum ſupereſſe. Sapientiſſime certe *Aſcræus:*

Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι *Heſiod. in ἔργ.*
Μεσσόθι φείδεσθαι: δειλὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φειδώ.

Nec liberè prodigendum, *Donec deceptus & expers*
Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo. *vt Luc. 15. filius proditus in fundo reſipit.*

A MALIS ABSTINET, QVISQVIS GLO-riæ eſt cupidus.



Gloria laus et honor dulciſsima præmia vitæ
Humanæ, nulli non cupienda viro:
Nemo tamen capiet, niſi mollis ſtromata lecti
Et Venerem fugiat damnáq; certa gulæ.

Ein ieder mag beÿ ſeinem leben
Nach lob, ruhm, preis und ehren ſtreben:
Doch wiet ſolchs keinem gebühren,
Der ſich Durch Wolluſt läſt verführen.

Tu ne ſcaurois atteindre la Couronne d'Honeur
Que porte ceſte femme, ſinon que de bon coeur
Tu fuyes iour et nuict Pareſſe et Gourmandiſe
Ne donnant aucun lieu à l'orde Paillardiſe.

Περὶ φιλοτιμίας. Nouimus hæc diſtingui, ſed tamen concurrunt. Quid ſit? A modeſtia quid differat. Vide Ariſt. lib. Ethic. 4.

DE Magnificentia ſeu Magnanimitate agit hoc ἔμβλημα, quæ Græcis μεγαλοψυχία: μεγαλοπρέπεια: μεγαλοτιμία ſeu φιλοτιμία vocatur: Eſtq; *adeo eximia virtus, quæ honores debitos oblatos non temere recuſat, aut ſi non offerantur, conuenienti modo flagitat, ad Dei gloriam, & humani Generis commodum: Indebitos autem nec appetit nec exigit.* Verbo dicam, *regit nos in expetendis, fugiendisq; honoribus.* Et hæc differt à *Modeſtia*, non genere, ſed gradu, quod *hæc* in magnis & eminentibus honoribus expetendis verſatur, *illa* vero in mediocribus tãtum. Hæc magna appetit dona, honoresque, & adeptos collatosq;

latosq; pro dignitate tuetur, nihil vel externe vel interne agens, ſentiensque, præclara illa conditione indignum. Expetēdam autem eſſe gloriam, quæ è recte & fortiter factis manat, *ad gloriam Dei & commodi proximi*, certiſſimum eſt. Cum & ipſe Apoſtolus iubeat, *quæcunq; ſunt vera, quæcunq; veneranda, quæcunque iuſta, quæcunque pura, quæcunque amabilia, quæcunque boni nominis, ſectari: ſi qua virtus, & ſi qua laus eſt, ea reputare.* Quum & ipſe Deus ſuis promiſerit, inprimis *Abrahæ*, quod & præſtitit; Nam tanti nominis & gloriæ etiam apud Exoticos ille euaſit, vt etiam inter reges ſui ſeculi connumeratus ſit. *Diſponit Deus ſuis nomen & laudem in populis terræ. Imponit diadema illis, quibus ſæpe vel minime erat cogitatum. Erigit de puluere pauperem, & exaltat ſolium ipſius iuxta Reges ac Principes, imo iuxta Reges ac Principes populi ſui.* Et de *Salomone* ipſe Dominus ait: *Do tibi diuitias & gloriam, adeo vt non ſit par tibi vllus inter Reges omnibus diebus tuis.* Adde exempla alia: *Agathoclis* Regis Siciliæ. *Willegiſi Archiep.* Moguntinæ. *Eliſabethæ Angliæ Reginæ:* & alias ſexcenta, quæ ex puluere exque carcere ad diadema exaltata ſunt. Et certe

Quæ venit ex merito gloria digna venit.

Maxime ſi radios gloriæ, qui ambiunt capita piorum, ipſi in Deum Opt. Max. datorem atq; exaltatorem reflectunt, eique ſoli acceptum omnem honorem ferunt, & *in gloriam ipſius, populiq; ſui commodum* gerunt; Dicētes: *Gratia Dei ſum, id quod ſum.* Vnde adeo exempla piorum promicant: *Ioſephi* inprimis, quem ad gubernacula regij Nominis ac Numinis admouit exaltauitque. *Moyſis* itidem, quo de Spiritus ſanctus: *Quod magnus valde fuerit in terra Ægypti,* ante oculos ſeruorum Pharaonis & totius populi Ægyptiaci: Tempus me deficeret, ſi de † *Iobo:* ſi de *Dauide:* ſi de * *Daniele* inſtituerem. Neque ſuperbiæ nomine hæc pulcerrima virtus traduci aut denigrari debet: Cum *illa ſit improbus amor propriæ excellentiæ,* & ab hac virtute tantum diſtet, quantum ſupremum cœlum ab infima terra, & de hac tam prædicari poſſit, quam: *Candida de nigris, & de candentibus atra.* Et cum *hæc* in corpore ſit ſplendor, & fax relucens, decorque optimus: *Illa* autem (ſuperbia dico) ſit tumor in corpore & carcinoma, &c. *ſit ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem.* Verum

Non venit è molli pulcra corona thoro.

Et mons decliuis ad Gloriæ templum, quare etiam ſumma induſtria ad id enitendum eſt. *Duæ autem ſunt alæ, quibus ad id euolatur: Literæ & Arma,* quare his mediis inſiſtendum, ſic fies glorioſus.*

Dan.l.3.c.2. Polan. Syntagm. lib. 10. c.28. Thom. Aquinas 2. ſec. quæſt.129. An expetēda? Reſp. A. Philip.4. v.8. Geneſ.12. v.2 Iuſtin. Martyr ex Pompeii Trogi Hiſtor. lib.36. Zephan.3.v. 20. Syr.11.v.5. Pſal.113. v.5. 6.7.& 8.

*Vide 1. Reg. 3. v.13. 1.Cor.15.v.10 Geneſ.41.v. 39.&c. Exod.11.v.3. † Iob.42.v. 10.&c. 2 Sam.1.& ſeqq. * Daniel.c.2. 3.4.5.6.&c. Auguſtin. lib. 11. de Geneſ. ad liter. c.14. Anshelm. in 1. cap. ad Roman. Chryſoſtom. in 1.Tim.c.6. Bernhardus Serm. 6. in Pſal.15. Qui habitat. Nobiliſſ. Ioan. à Munſt. Præfat. de Choræis. Nicol. Berſius IC. de pact. famil. illuſtr.*

NESCIT CEDERE VIRTVS FORTVNÆ.



Stare nequit Fortuna loco; mutatur in horas
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt.
Das Glück, voll Vnbeſtandigkeit,
Will manchen nicht vff ſeine ſeÿt:
Patience ſouvent ſemble eſtre ſurmontée
De Fortune, qui haut ſe voit eſtre montee:

Quamvis preſſa diu, tandem Patientia vincit,
Proſtratam victrix et pede preſſat humj.
Wer nür Konte gedúltig ſeÿn
Würd alles vber windt ſeiin
Mais douce Patience, en ſouffrant conſtam̃ent,
Par terre la fortune jette finalement.

FORTVNÆ comm. DE *Fortuna* commentaturus, ego homo tam variæ, meo arbitrio, fortunæ, quàm quiſquam, vnde exordium ſumam, vix mihi conſto:

Exclam. „ Nimirum: *Mirificas ſanctos optime* CHRISTE *tuos.*

Pſal. 92. v. 13. Ita tamen, vt oneri minime ſuccumbant, quinimò vt *palmæ inſtar*, contra onus ſemper inſurgant. Grauiter *Seneca*:

Medea Act. 2. Scen. 2. *Fortuna fortes metuit, Ignauos premit.*

Idem vult dicere, quod Prouerbium: *Audentes Fortuna iuuat.* Videmus hîc à Patientia proſtratam pede preſſari ac conculcari, FORTVNAM. Nimirum Patientia cuiuſcunq; Fortunæ victrix eſt, ſicut dicitur in verſu:

Nobile

Nobile vincendi Genus eſt Patientia, vincit
Qui patitur, ſi vis vincere diſce pati.

Exemplis res fiet clarior: Quæſo te, dum Ioſephus à fratribus venditur, *vide Geneſ.17.*
& in alienis oris, ædibusq; ſeruus ſua munia fideliter exſequitur: Interim *19.20.21.22, &c.*
tamen tam multa acerba & aſpera indignus ſane patitur, conſtans tamen
eſt manetq; in pietate, caſtitate, & reliquis virtutibus, nunquid victor eſt
Fortunæ; & calcaneo preſſat? Sanè! Nam ad regium faſtigium nolens
volens Fortuna ipſum admittere cogis; ô impotentem Fortunam! *Fortuna enim ad tempus opes auferre non animum poteſt*, ait *Seneca Medeæ. Scen.4. Act.2.*
Iterum *Iobus*, dum omnia amittit, præter vnam ac ſolam vitam, in que cinere ſedens ſe fricat, interim vero audenti atque conſtanti animo exclamat: *Si vel occideret me Dominus ſperabo tamen in illum*; *ſcio quod redemptor meus* *Iob.1.& 2.capitib.* *Iob.13. v.15.*
viuit, &c. *& in nouißimo die de terra reſurrecturus ſum, &c. Deum viſurus.* Nun- *Iob.c.19.v.25.*
quid victorem Fortunæ ipſum tum extitiſſe, adeoque calcibus preſſaſſe
dubitabis; Exitus certe ꝓbauit, cum benedixit Iobo magis quàm à principio, * &c. De *Dauidis decennali exſulio*, & quàm fortiter animoſeq; hu- ** Iob.42.*
ius contriuit vires, caputque! Audi, quàm de deuicta Fortuna tantum *1.Sam. 18. & ſeqq.*
non triumphet ille Aſmonæorum cliens! *Tu quidem ſceleſte ex hac præſente* *2.Sam.1. & ſeqq.*
vita nos eximis, verum rex mundi pro ſuis legibb. nos mortuos ſuſcitabit aſſerturus in *2.Machab.7*
æternam reſurrectionem vitæ, &c. Etiam *infimus natu*, audi quam alacriter huic *v.9.*
intemperiei inſultet: *Nos propter maxima peccata patimur, ſed tu ô impie & om-* *ibid.v.32.*
nium hominum flagitioſißime, ne fruſtrà extollaris fremens, & incertis exſpectationi- *ibid.v.34.*
bus fretus in cœleſtes pueros attollens manum; *Nondum enim omnipotentis inſpectoris* *ibid. v.35.*
Dei iudicium effugiſti. *Ignatius* cum iam damnatus eſſet ad beſtias, ardore *Euſeb. lib.3.c. 36.*
patiendi (vincendiq;) cum rugientes audiret leones, ait: *Frumentum Chri-* *Funcc. Chron.*
ſti ſum, & dentibus beſtiarum molar, vt mundus panis Chriſto inueniar. ô nobilem *fol.96.*
victoriam! De S. † *Laurentio*, quomodo Fortunā ſuam calcarit, & euaſerit *Hieronym. in vir. Illuſtr.*
victor etiam in ipſa craticula poſitus, oſtendunt ac teſtantur eius verba, *† Ex Hiſtor. Magdeb.*
quæ vel ad *Decium Imp.* ipſum vel ad *Præfectum* eius impium illum *Olibrium* *Oſiand. Epit.*
dixit, & metricè referuntur à *Prudentio:* *Eccleſiaſt.*

Conuerte partem corporis Satis crematam iugiter
Et fac periclum, quid tuus Vulcanus ardens egerit. *Prudentius περὶ στεφάν. de Laurent.*

De Gentilibus alius erit dicendi locus. Hi certè omnes non calcarunt tātum, ſed etiam plane conculcarunt Fortunam, & victores euaſerunt non tàm glorioſi quàm beati.

QVO

QVO ME FATA TRAHVNT.



Quem ſibi delegit fallax fortúna regendum,
Vel rapit niuitum viribus uſa ſuis.
Nil clÿpeus gladius qivuant, nil corporis artus
Sed ſacra conſtans cum pietate fides

Wan das Glück Zu Regieren anfaugt,
Den allerſtärckſten ſie bezwingt;
Da Hülfft kein macht, kein ſchwert noch ſchilt
Der beſtaindig Glaub vnd fromkeit gilt.

Quand Fortune quelquun commence de conduire, Le boudier & le glaire n'y ſont rien: ſeulement
Soit par terre ou par mer, & qu'elle lui veut nuire; Conſtante Patience donne ſoulagement.

Fatis adact. Vide Eraſm. Chil.
Ex Athanaſ. refert Stob. Serm.23.
Aureis literis ſcribenda ſent.

AVdiuimus, quàm fortiter quamq; glorioſe ſancti Dei homines Fortunæ Victores euaſerint, quā etiam pedibus cōculcârint. Nimirum, *Traduntur ſæpenumero iuſti in ſceleratorum poteſtatem, non vt iſti honorem hinc conſequantur, ſed vt illi probentur; Deridentur in præſens, quamdiu Dei bonitas permittit, occultantur magna & ſecreta penetralia earum rerum, quæ vtriſque ſunt reſeruatæ in illud tempus, cum & oratio & actio & cogitatio æquis lancibus pendetur, &c.* Nunc aliud proponitur, non minus occulta ſapientia plenum. Nam arreptum fortuna virum nolentem volētem ſecum trahit, impellit, raptat, & in ſcenam producit ſuam. Nimirum CRINIBVS quis ſæpè impetu q. à Fortuna protrahitur, qui tamen in corde cum Poëta loquitur:

Crede mihi bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam. — Ouid. lib. 3. de Triſtib. Eleg. 4.

Mirificat enim *Deus etiam Sanctos ſuos.* Omnia illa exempla, quæ in ſuperiori Emblemate adduxi, haud incongruè huc reduci poſſunt paucula adiiciemus. Ante omnes autem Eccleſiæ illum OCELLUM ATHANASIUM, quàm variæ ille Fortunæ, ac quiſquam alius, Homo, quomodo ab incõſtanti Fortuna tractus, raptus, raptatus, rotatus, & in quid non effictus eſt? Legeſis eius hiſtoriã, ſtupebis. Verè ille expertus eſt, quod *Seneca* ait: — Pſal. 4. v. 4. — Ex Sozomen. Socrat. Ruffin. referunt Centuriat. Magdeb. & Oſiander Cent 4. vbi in Tabella q. videbis.

Volat ambiguis mobilis alis.
Hora, nec vllis præſtat velox
Fortuna fidem. — Senec. Hippolyt. Act. 4. Scen. 3.

Nimirum *Volubilitatem* ſuam alis indicat. *Inconſtantiam*, quod vni ac ſoli acumini inſiſtit. & *Vitro.* nempe, vt dicitur: *Fortuna vitrea eſt, cum ſplendet, frangitur.* Vnde Sapienter Poëta canit: — Aureus ſcribe. — Vt hic in Tabell.


Lege modoq; carens multis Fortuna furenter
Imperat, ac dubiis fluctibus acta ruit.
Promouet iniuſtos, odit virtutis amantes,
Oſtentans regni munera cæca ſui.

Haud abſimile exemplum inconſtantis Fortunæ eſt etiam *Gregorius Nazianzenus* ob profundam eruditionem, & eruditam Pietatem *Theologus* & *Magnus* dictus, CRINIBUS, quod aiunt, ad Epiſcopatum Conſtantinopolitanum euectus eſt, ſed quanto tempore manſit? Itidem * *Chryſoſtomus.* Non piget memorare exemplum nouitium, ſed memorabile ſuperioris ſeculi, *D. Caſparum Peucerum*, virum opt. & doctiſſ. quem ſibi Fortuna peculiariter exagitandum, ſumſerat: Eo gratiæ apud Principem Electorem Auguſtum proceſſerat, vt Princeps etiam in ædibus ipſius conuiuaretur, ipſumque exoraret, qui ad baptiſmum pro filio Principis ſponderet, ſed poſtmodum duodecennali carcere nihil tale meritus à Principe multatus atq; mactatus eſt. Vide Hiſtor. Carcerum. Tiguri impreſſ. vbi prolix. De *Cyro*, vt etiam ex Ethnicis nonnulla libemus. Themiſtocle, Ariſtide & aliis quid dicemus; Nimirum experti ſunt, quod Poëta ipſorum canit: — Ex Gregor. Nyſſen. in Orat funebr. in Nazianzen. recitant Magdeburgenſes & Oſiander. — * Ioan. Chryſoſtom. vide in Centur.

Hæc Dea non ſtabili, quàm ſit leuis orbe fatetur,
Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet.
Quodlibet eſt folio, & quauis incertior aura,
Par illi leuitas improbe facta tua eſt.
Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.
Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præſens vix habet hora fidem. — Ouid lib. 4. de Pont. Eleg. 3.

N NESCIS

NESCIS QVID SERVS VESPER FERAT.



Diuite quem rerũ cornu Fortúna beatit, Vt lapſu grauiore ruant, Extollit in altum
Fortunae dotes has reuerenter habe: Sepe viros, ſecum quos ruitura trahit,
Hatt dich des Geluck zú Reichthumb bracht, Ie höher es dich hatt geſetzt
So hab vff deine ſchantz wol acht Ie höher iſt der fall zu letzt
Ce braue homme á receu la corne d'abondance Mais il ſenglorifie, ne penſant pas qu'il faut,
De Fortune, et ne voit d'icelle l'inconſtance, Tant plus haut elle eſleue, plus bas faire le ſaut.

Fortuna Prouidentia Dei nobis eſt.

FAtetur alicubi *Auguſtinus*, male ſe habere, quod vocabulis *Fortuna* atque *Caſus* vſus fuerit, ſed quid faceremus, quibus eo vocabuli nunc ex profeſſo vtendum eſt, ſed veniam dabit pius atque doctus Lector. Nã ſi loquimur cum Marcellino, & dicimus: *Fortuna moderatrix humanorum caſuum*; ſentimus cum Propheta, qui ait: *Noui Iehoua, non eſſe penes hominem vitam ipſius: non eſſe penes virum ambulantem vel dirigentem greſſus.* Loquimur cum Seneca:

Ammian. Marcellin. hiſtor. lib. 15.
Ierem. 10. v. 23
Senec. Hercul. Oetai Act. 2. Scen. 19. & 20.

Male penſantur magna ruinis
Felix alius magnusq́ꝫ volet
Me nulla vocet turba potentem. & ſeq.

Tranſit

Tranſit tutos Fortuna ſinus
Medioq; rates quærit in alto
Quarum feriunt ſuppara nubes.

Plin.lib.7.c.42. *Exempla variantis Fortunæ innumera ſunt.*

Sentimus cum Sapientiſſimo: ***Conuertens me animaduertebam etiam ſub ſole, non eſſe leuium curſum, neq; robuſtorum prælium, nec etiam ſapientum cibum, neque etiam prudentum diuitias, neq; etiam ſcitorum gratiam; ſed Tempus & Caſum accidere omnibus his.*** Videlicet fateri cum *Salome* & *Gilimero Vandalorum* à Belliſario in Triumpho ducto oportet: Ματαιότης ματαιοτήτων καὶ πάντα ματαιότης: Omnia incerta, præter vnam ac ſolam mortem. Eleuat Fortuna cultorem ſuum, ſed vide & aduerte obſecro, in quàm lubrico, incerto, plenoque periculorum loco ponit ipſum! Ipſa autem ſerra præſcindere non ſolium tantum, ſed & pontem ipſum conatur. O incertitudinem & inſtabilitatem! *Ne glorieris igitur de craſtino, quia neſcis quid pariturus ſit dies. Omnia reſeruantur in incertum.* Eoque incertiora, quo etiam certiſſimę mortis incertiſſimæ circumſtantiæ, quando nimirum, vbi & quomodo ſeu quo genere mortis ſimus morituri. Quare *in omnibus operibus memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Beatus qui ſemper pauet.*

Eccleſ.9.v.11 *Vanitas Vanitatum & omnia vanitas. Eccleſ.lib. per totum.* *Paul.Diacon. lib.17.* " *Euolut.* " *Emblem.* " *Prou.27.* " *v.1.* *Circa certam mortem aliàs omnia incertiſſima.* *Syr.7.v.vlt.* *Prou.28.v.14*


Nempe dat & quodcunq; libet Fortuna rapitq;
Irus & eſt ſubito qui modo Crœſus erat.
Singula quid referam nil non mortale timemus,
Pectoris exceptis ingenijq; dolis.
Tu quoque, fac timeas, & quæ tibi læta videntur
Dum legis fieri triſtia poſſe putes.
Humanaq; memor ſortis, quæ tollit eoſdem
Et premit, incertas ipſe verere vices. Sic
Nunquam Stygias ferris ad vmbras
Nec Lethæos ſæua per amnes
Te fata trahent, ſed cum ſummas
Exiget horas conſumpta dies
Iter ad ſuperos gloria pandet.

Ouid. de Triſtib.lib.1. Eleg.7. Ἄλλυ. *Ouid. lib.3. de Triſt. Eleg.11.* *Senec.Hercul. Oetæi Act.5. Scen.4.*

Hæc qui attendit, eum verè ſapientem ac fortem virum iudicamus, vt licet *Socrates* ridens cicutam bibat. *Hercules* multa fortiſſ. facinora edat. *Milo Crotoniates* bouem humeris ferat, *M. Curtius* in hiatu præſenti animo deſcendat. *M. Scæuola* dextram nihil immutatâ fronte amburat. *M. Attilius Regulus* ad omnia tormenta totus obſtupeſcat. *Sicinius dentatus* 120. præliis pugnet, nouemque triumphos triumphet, hic tamen omnibus his & ſapientior & fortior cenſeri haberique & poſſit ac debeat.

Diogenes in Socrate. *Diodor.Sicul.* *Plin.Natur. hiſtor.* *Valer. Max.* *A. Gell. Attic.Noct.lib.2.c.11.* *Plin. Natur. hiſt.lib.7.c.28*

CAVE SIS, NAM IN PRÆCIPITIO vitaque honorque eſt.



Fortuna incertas facilè trans mutat honores, Nunc tibi, nunc alijs eſſe benigna ſolet:
Quo mage blanditur, quoſque mage ſibi amicam, Propter blanditias eſt metuenda magis.

Hat ſich das Glück zu dir gewandt, Vnd dich gebracht in hohn ſtand,
Trau nicht zu viel; die gfahr iſt groß Bald kan ſie dir geben ein ſtoß.

L'honeur que tu reçois de Frotune inconſtante N'eſt pas bien aſſeuré: Parquoy point ne t'en vante:
Au contraire ſi, elle te veut magnifier, Plus elle te careſſe, moins tu t'y dois fier

Repentinus interitus eorũ quos Fortuna ſubleuat.

Fortuna darff nur ein Fuß vffheben.

Eccleſ.9.v.12

1.Theſſ.5.v.3.

QVisquis vere ſapit, venuſtatem & penetrabilem ſignificationem huius ingenioſi Emblematis mecum attente conſiderabit. Vides quid hominẽ hunc flore & brauio ſeu corolla ſua gaudentem, ſuſtineat; Equidem viget pulcrè! corollã pulcrè oſtentat ſuam: geſtit, auetque bene, ſed momentum, quo pedẽ leuat Fortuna ſuũ, excidit flore ſuo, & momento in imum demergitur. Nimirũ: *Neſcit homo tempus ſuum, ſed ſicut neſciunt piſces qui capiuntur reti malo, & aues quæ capiuntur laqueo, ſic irretiuntur filij hominum tempore malo, cùm irruit in eos repente.* Quando dicent: *Pax & Securitas; tunc repentinus*

pentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut ἐν δ' ὕνα mulierem parturientem, & non euadent. Sed quis melius hoc ex ſui Genij hominibus noſtro *Seneca*:

——— Quicquid in altum
Fortuna tulit, ruitura leuat:
Modicis rebus longius æuum eſt.
Felix media quiſquis turba
Pace quietus aura ſtringit
Littora tuta, timiduſq; mari
Credere cymbam, remo terras
Propiore legit.

Senec. Agamemn. Act. 3. Scen. 3.

Ouidius exemplis iſtud declarat quàm optume: eloquatur.

Diuitis audita eſt cui non opulentia Crœſi?
Nempe tamen vitam captus ab hoſte tulit.
Ille Syracuſia modò formidatus in vrbe,
Vix humili duram reppulit arce famem.
Quid fuerat magno maius? tamen ipſe rogauit,
Summiſſa fugiens voce clientis opem.
Cuiq; viro totus terrarum paruit orbis
Indigus affectus omnibus ipſe magis.
Ille Iugurthino clarus, Cymbroq; triumpho
Quo victrix toties Conſule Roma fuit,
In cano Marius iacuit, cannâq; paluſtri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.

Ouid. de Ponto lib. 4. Eleg. 3.

Quare leuatum te ſentis, recordare in tempore, quam breui retrahere ſuum Fortuna pedem poſſit, vt eo grauius ruas. Et

Æquum memento rebus in arduis
Seruare mentem, non ſecus in bonis,
Ab inſolenti temperatam
Lætitia, &c.

Horat. Odar. lib. 2. Oda 3.


Memento *Ruffinum* iamiam Cæſaream Chlamydem induturum, decapitatum, & mendicatũ miſſum. Memora *Bibulum Bonum*: Reminiſcere *Beliſarij*: Nec obliuiſcere fugientis *Alcibiadis*: & ſexcentorũ ſimilium, de quorum ad partẽ ante & poſt exẽplis. Optimũ igitur eſt μὴ ὑψιλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ τῆς τύχης, ἀλλὰ ἐν τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι πᾶσι πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν. Τῷ ὑψιλοῦντι καὶ τῷ ταπεινοῦντι: *Depoſuit enim potentes de ſede, & exaltauit humiles: Egentes implere bonis cõſueuit, & diuites dimiſit inanes.* Et,

Rom. 12. v. 3. 1. Tim. 6. v. 17
Pſal. 75. v. 8. Luc. 2. v. 52.

Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.
Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora lapſus.
Miſcet hæc illis prohibetq; Clotho
Stare fortunam, rotat omne fatum.
Nemo tam Diuos habuit fauentes
Craſtinum vt poſſit ſibi polliceri:
Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat, &c.

Senec. in Thyest. Act. 3. Scen. 2.

FORTVNAS COMMITTE DEO, TV DVL-cia carpe ſomnia.



Dux hic Athenarum dum dulcem in naue quietem (Posterа ſecurus quid vehat hora) capit;
Cernitur en ruſas ceu reti tradidit vrbes.
Huius an exemplo tu quoq; talis eris!

Der leigt vnd Ruht in ſeinen Nachen,
Bekümer ſich nicht vmb ſein Sachen,
Das Glück bringt jhm die Stett ins garn:
Wirdts dir drumb auch widerfahrn!

Au Capitaine grec, ſur le bord du navire
A ſon aiſe dormant, ceſte Fortune attire
Dans a rets forteresſes: Cela vous plaiſt gourmãs
Mais Fortune ne veille pas pour les dormans

Themiſtoclis Fortuna maxima: Æmilius author eſt.
Thucydides.
Vt Timotheus quidam venator, cuius retia ſemper circuiuit Fortuna.

THemiſtocles, Dux Græcus Athenienſis tantæ in bello felicitatis fuiſſe traditur, vt etiam dormienti in naui, Fortuna captas reti vrbes in manus tradidiſſe fingatur. De quo Thucydides: *Erat*, inquit, *Themiſtocles præcipue dignus admiratione præ aliis, quia acie mentis ſua non præmonitus, nec diu conſiderans in rebus ſubitis optima conſilia habebat, & de futuris quid euenturum eſſet, rectiſſime conijciebat. Et qua in præſentia manibus habebat, explicare poterat, & quæ nõ nouerat, non deſtitit inquirere. In obſcuris autem rebus quid melius aut deterius eſſet, omnium maxime perſpiciebat, & vt in ſumma dicam: Natura viribus & celerrima*

delibera-

deliberatione optime eligebat, quod maxime profuturum erat. Quæ poterat homini laus maior tribui? Significari autem hac Emblematica pictura crede, Ingenium, prudentia conſilia, atque adeo ſucceſſum & victoriam à ſolo Deo dari, nam aliâs verè *Seneca:*

Paucißimis datum. *Significatum.* *In Thebaid. Act.4. Scen.3.*

Licet omne tecum Graciæ robur trahas,
Licet arma longe miles ac late explicet,
Fortuna belli ſemper ancipiti loco eſt.

Ionathan id faſſus, cum caſtra Philiſtæorum adoriretur, dicens ad armigerum: *Æquè ſeruare Iehouam poſſe per paucos ac per multos.* Idem faſſus, imo eodem ipſo ſeſe conſolatus *Aſſa*, iiſdemque ferè verbis hoſtes oppugnat & expugnat ſuos. Ad eundem modum etiam pius Rex *Ioſaphat*, *Iehoua*, inquit, *Deus maiorum noſtrorum, nonne tu es Deus in cœlis, & tu dominaris in omnia regna gentium, ita vt in manu tua ſit vis & potentia, & nemo tibi poßit obſiſtere, &c. In Deo noſtro facimus virtutes*; vt hiſtoriæ *Moyſis contra Amalekitas*; *Ioſua*: *Samuelis*: & omnium piorum omnibus temporibus liquido oſtendunt. † *Legioni* Κεραυνοβόλῳ pariebat victoriam. *Conſtantino oſtendebat in clara luce certitudinem victoriæ*, in ſigno S. Crucis, in quo ſcriptū exſtabat: ἘΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙ'ΚΑ. De Imp. Theodoſio prædicabat ſui ſeculi Poëta feliciſſimus:

1. Sam. c.14. v.7. *Ioſ.23. v.10.* *2. Paral. c.14. v.11.* *& ibid. c.20. v.6. &c.* *Pſal.18. v.30 40.* *Exod.17. v.16* *Ioſ.10.** *1. Sam. 7. 12. 14. &c.* *† Phil. in Chronic.*

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas acies, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad prælia venti.

Paul. Diacon. lib.12. in Theodoſio Imp. *Claudian. ad Theodoſ. Imp.*

Hiſce vel in ſomno oblata partaque victoria, ſicut ſcribitur in Pſalmo: *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum*, &c. Quemadmodum enim in ſomno electis ſuis Deus multa bona facit, ita etiam de victoriis & tropæis ipſorum decernit, imo decreuit, maximè vbi in vero timore Domini, inque vera inuocatione iſtud ab ipſo fide exſpectârint, vt inprimis *de Theodoſio Imper. hiſtoriæ tradunt.* Interim tamen Prudentia Ducis Imperatorisve militaris, & Fortitudo militum minimè excluditur, nam ſeruat quidem Deus & dat victoriam, ſed per media.

Pſal.127. v.2. *Paul. Diacon. in vit. Theodoſii notanter.*

——— Ductorq; placebit
Qui non præcipiti rapiet ſimul omnia caſu:
[Non enim omnes ſunt ſimiles Themiſtoclis.]
Sed qui maturo vel læta vel aſpera rerum
Conſilio momenta regens, nec triſtibus impar,
Nec pro ſucceſſu tumidus, ſpaciumq; morandi
Vincendiq; modum mutatis noſcet habenis.

Ex Claudian. Poet. Gentil.

Decetq; fortes & ſtrenuos contra Fortunam inſiſtere ſpei, ait *Tacitus.* Sed etiam de his in Viridario noſtro Hieroglyph. nonnulla diximus.

Tacitus.

VIDE

VIDE NE SALTANS CRUS FRANGAS.



Eſt gentile quidem Fortuna nomen: at illi
Cui Frotuna fauet, Sponſa petita manet.
Der hat gůt dantzen dem das Glück
Vorſpielt vnd beweiſt jhm kein tück:
Pour te faire danſer, c'eſt Fortune que jouë,
Te voila donc heureux. Mais elle eſt ſur la roue!

Nil Fortuna juvat, nil ethnica fata nocebunt
Sed fiunt nutu cuncta regente DEI
Glückes namen iſt nur ein gedicht,
Was Gott will haben, das geſchicht.
O Chreſtienne t'y fie, la Fortune n'eſt rien,
En Dieu ton eſperance mets, & tu ſeras bien.

In Summorum ſucceſſu maximum periculum. *NB.* *Exempla.* *Haman. Eſth. lib. per totum princ. cap 7. v. 9. 10* *Crœſus apud Herod. lib 1. Plutarch. in vit. Solon.*

HÆc Tabella ad eos ſpectat, quibus plenis Fortuna Zephyris carbaſa impellit, & qui rerum ſucceſſu plane ebrij ſunt, vt toti ad ſonitum fidium Fortunæ exſultent. Sed hi nôrint, quo benigniorem ſe illis Fortuna præbeat, hoc magis ſibi cauendum eſſe; Nam quo magis illa blanditur, hoc magis nocere molitur, & cum fulgidiſſime ſplendet, ocyſſimè frangitur: Incautosq; atque nil tale cogitantes opprimit. Nunquam vidi placidum euentum hominis Fortuna ebrij. *Haman* in ſummo rerum ſucceſſu pendet. * *Crœſus* cum ſe maxime beatum prædicaret, captus, pyram conſcendere & ardere iubetur. *Cimon* in optimis meritis carceri mancipatur.

patur. *Themiſtocles*, de quo nuperrimè, exſul factus ſumpto taurino ſanguine exſpirat. Iuſtus *Ariſtides* vrbe ingrata excedere iubetur. *Miltiades* quinquaginta talentorum damnatus in carcere exſtinguitur. *Polycrates* prodigioſæ felicitatis Rex ſuſpendio finit vitam. Quid; quod multis factum, etiam tibi contingere poſſe, quiſquis es, inconſtantis Fortunæ elate cliens, prudenter credito. Fuit ante pauculos annos in Galliis *Marchio* quidam *D'Ancre*, exemplum nuperum, ſed illuſtriſſimum, is propitia Fortuna, ad ſummum dignitatis gradum peruenerat, ſed qualis eius fuerit exitus, quoniam omnibus adhuc in ore & recenti memoria, dicere ſuperſedeo. Abuſus Fortunæ nutibus *Comes Somerſeti*, dignum factis ſupplicium retulit. Poſtremum exemplum adhuc in manibus habemus, qui ex Piſtoris filio Cardinalis faſtigium conſcendit, & cum regibus reputatus, quis exitus illum maneat, proximus dies docebit: quis hîc non exclamaret cum Poëta:

Idem in Vit. Cimon. Id. in vit. Themiſt. Ariſtidis. & Valer. Max. lib. 5. c. 3. Strabo lib. 14. Marcheſe D'Ancre. Omnes ætates exemplorum abunde ſuppeditant. Comes Somerſeti. Alius.

Viue ſine inuidia, mollisq́ inglorius annos
Exige, &c. Vel iterum:
Fortunam reuerenter habe, quicunq́ repente
Diues ab exili progrediere loco.
——— *bene paupertas*
Humili tecto contecta latet:
Quatiunt altas ſæpe procellas
Aut euertit Fortuna domos.
Et iterum: *Res Deus noſtras celeri citatas*
Turbine verſat.
Fortunam qui auidè vorare pergit
Eandem male concoquat neceſſe eſt.
Pectora pauper ſecura gerit
Tenet è patula pocula fago
Sed non trepida tenet ipſa manu.
Carpit faciles vilesq́ cibos
Sed non ſtrictos reſpicit enſes.

Ouid. lib. 3. de Triſtib. Eleg. 4. Auſon. in Epigrammat. Senec. Octau. Act. 4. Scen. 2. Id Thyeſt. Act. 3. Scen. II. Actius Sannazarius. Senec. in Hercul. Oet. Act. 2. Scen. 17.

Et ne noſtra prætereamus: *Ante confractionem attollit ſe animus viri. Elatio oculorum, & amplitudo, &c. peccatum eſt*, & *omnia excellentia Deus mutilat*: Piè ergo *Bernhardus*: *Bonus fundus Humilitas; in quo omne ædificium ſpirituale conſtructum creſcit in templum Dei: Vis eius maior in maioribus: clarior in clarioribus. Quo enim celſior es cæteris; eo humilitate appare illuſtrior teipſo. Abſque humilitate nulla virtus eſt virtus. Humilitas ſeruat acceptas virtutes; ſeruatas autem conſummat.* Hactenus *Bernhardus.*

Prou. 18. v. 12. Ibid. c. 21. v. 4. Ex Herodoto. Lib. 2. de conſid. ad Eugen. Pont.

VICTRIX FORTVNÆ, VIRTVS.



Inſtabili virtus Fortunæ ſola reſiſtit,
In duris conſtans perpetuóq; manet:
Das Glück hat vnd übt gros gewalt;
Doch wo die Tugent manigfalt
Miſerable Fortune, quand te leueras tu!
Iamais ie ne pourroye, ceder faut à Vertu!

Hinc Fortuna jacet, ſparſis gemebunda capellis,
Vix datur extremo poſſe cubare loco.
Bey einem menſchen wanung macht,
So ligts Glückrad vnd iſt veracht.
La Prudence, l'Amour, Iuſtice, et Eſperance
M'oppriment auec Foy, Courage, et Temperance.

VIRTVS Fortuna Victrix. AD victoriam aduerſus Fortunam obtinendam *Virtute* opus eſt. Nam *Virtuti*, aiunt, *Fortuna cedit*. Prima ac princeps virtus Fortunæ victrix
1. Ioh. 5. v. 4. *Fides* eſt, *quæ eſt noſtra victoria*, non tantum Satanæ, mundi, carnis, ſed etiam cuiuſcunque Fortunæ, vt S. Apoſtolus & dilectus Chriſti Ieſu D. N. di-
Matth. 21. v. 21. 22. 23. ſcipulus, qui ex latere eius ſuxit, ait 1. Ioh. 5. *In fide Domini noſtri Ieſu Chriſti*
Ioh. 14. v. 12. *facimus virtutes. Omnia poſſumus, qui nos confortat* IESV CHRISTO, in quem cre-
Philip. 4. v. 13 dimus. *Nam preſſuræ apud incredulos pœnæ ſunt, apud fideles* GLORIA, *atque* VI-
Hieronym. in c. 3. Epiſt. ad Epheſ. CTORIA, *quia viciſſe, eſt aduerſariis in anguſtiis non ceßiſſe*, ait D. *Hieronym*. *Fides*
Galat. 5. v. 6. *per charitatem efficax eſt*, quare pars victoriæ etiam CHARITAS eſt. Quod ipſum

ipſum optime perſpexit D. *Auguſtin.* quare alicubi ſic ſcribit: *Hæc in aduerſi-* *Auguſtin. Serm. 39. de Tempor.*
tatibus tolerat, in proſperitatibus temperat, in duris paßionibus FORTIS, in bonis ope-
ribus hilaris, in tentatione tutißima, in hoſpitalitate latißima, inter veros fratres la-
tißima, inter falſos fratres patientißima. In Abelis Sacrificio grata, in Noe per di-
luuium ſecura, in Abrahæ peregrinationibus manſuetißima. In tribus pueris iugulan- *Præconium charitatis ex Auguſtino.*
dis ignes fortiter exſpectat; in Maccabæis ſæuos ignes fortiter tolerat. Caſta in Suſanna
erga virum; in Anna poſt virum; in Maria præter virum. Libera in Paulo ad arguen-
dum: Humilis in Petro ad obediendum: Humana in Chriſtianis ad confitendum; Di-
uina in Chriſto ad ignoſcendum. Hactenus *Auguſtin.* Sed quàm piè! quàm ſci-
tè! quàm neruoſe! Sequitur *SPES*, quæ cum Iobo ait: *Etiamſi occiderit me* *Iob. 13. v. 15.*
Dominus, tamen ſperabo in eum. Quàm glorioſa hæc Fortunæ victoria eſt!
Non quidem videmus, quod ſperamus, *Non enim ſpes eſt viſibilium. Sed cum* *Rom. 8. v. 24. 25.*
credimus, ſpes eſt in iſto ſeculo, cum videbimus res erit in illo ſeculo. Spes autem noſtra *Auguſtin. Præfat. in Pſal. 123.*
tam certa eſt, quam ſi res iam perfecta ſit, inquit Auguſtinus. *Fortitudo* cum Pſal-
mographo ait: *Quis eſſet mihi in cœlis præter te? Et præter te nullo nitor in terra.* *Pſal. 73. v. 25*
Deficiente carne mea & animo meo, RVPES animi mei & portio mea Deus eſt in ſe- *ibid. v. 26.*
culum, reminiſcens illius *Auguſtini. Non præſumere debes de viribus tuis, ſed me* *Auguſtin. in Pſal. 49.*
innoca in die tribulationis, eruam te & glorificabis me. Ad hoc enim permiſi diem tri-
bulationis. Quum tribularis, inuocas me: Quum inuocas me, eximam te: quum exi-
mam te, glorificabis me, vt iam non diſcedas à me. En victoriam! *Iuſtitia* ad vi-
ctoriam multum confert, ſeruat enim bonam conſcientiam. *Bona* autem
Conſcientia eſt MVRVS AHENEVS, nullo cenſore rubeſcit. Accedit *Prudentia*; *Vide Hieron. Epiſt. ad Paulinum Inſtitution Monachi.*
ſanè qui *prudens* eſt, vt *ſerpens*, & *ſimplex* vt *columba*, is facilè victor mundum
tranſire poterit. Nam *Prudentia ſpiritus & pax*, ait Auguſtin. (quin ergo &
victoria cuiuſcunque fortunæ?) *cum præſentia ordinet, præteritorum recorde-* *Auguſt. lib. Quæſt. q. 65.*
tur, futura prouideat. TEMPERANTIA claudit, cohibet, cohercetque *Idem ad Eremit. Serm. de prudent.*
appetitum à rebus omnibus quæ turpiter appetuntur, adeo-
que quemuis Fortunæ impetum ſuſtinet, quem *Idem de liber. arbitr. lib. 1. cap. 18.*
temperat, atque vincit.

TVRPITER UT PEREAT SARDANApalus amat.



Sit Cereri, Bacchoq; modus Veneriq; petulcæ,
Luxus iners omnis fons et origo mali eſt.
Eſſen, Trincken vnd Venus ſpiel
Schadt, wo mans braucht ohn maas vnd Ziel.
Si l'Attrempance ſuis au manger, et au boire,
Et au ieu de Venus, tu en auras grand gloire:

Hoc docet exemplo Rex Sardanapalus abundè,
Qui ſe cum regno perdidit atq; Suos.
Sardanapalus kan dis lehrn,
Der ihm ſolchs nicht wolt laſſen wehen.
Mais ſi tu ne t'addonnes à meſure tenir,
Sardanapale monſtre la ou tu dois venir.

Sardanapalus. REpræſentatur nobis *Hiſtoria Sardanapali*, vltimi Aſſyriorum Regis, & perſtringuntur muliebres affectus, in iis, qui ad clauum Reipub. admoti ſunt. Hiſtoriam ipſam, quoniam eam hîc recenſeri cõuenit; ego nec melius nec breuius recitare poſſum, atqui ſicut eam recenſet ex Trogo *Iuſtinus lib. 1.* *Iuſtinus*; *Poſtremus*, inquit, *apud eos* (Aſſyrios) *regnauit Sardanapalus, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum, (quod nemini ante ipſum permiſſum fuerat) Præfectus ipſius, Medis Prapoſitus, nomine Arbactus, cum admitti magna ambitione agre obtinuiſſet; inuenit eum inter ſcortorum greges, purpuram colo nentem, & muliebri*

habitu,

halitu, cum mollitia corporis, & laſciuia oculorum, omnes fœminas anteiret, penſa inter virgines partientem. Quibus viſis indignatus tali fœminæ tantum virorum ſubiectum, tractantiq; lanam, ferrum & arma portantes, parere, progreſſus ad ſocios, quid viderit refert: Negat ſe ei parere poſſe, qui ſe fœminam malit eſſe quam virum. Fit igitur coniuratio, bellum Sardanapalo infertur, quo ille audito, non vt vir regnum defenſurus, ſed vt metu mortis mulieres ſolent, primo latebras circumſpicit, mox deinde cum paucis & incompoſitis, in bellum progreditur. Victus in regiam ſe recipit, & exſtructa incenſaq; pyra & ſe & diuitias ſuas in incendium mittit: hoc ſolo imitatus virum. Hæc recenſere, explicare q. eſt. Quid enim hoc hominis propudio ac ſterquilinio turpius atq; maleolentius? Imitatus eſt hunc in Imp. Roman. & ſi non ſuperauit, certè omnino æquauit mulieroſitate *Heliogabalus*, cuius hiſtoria maioris eſt turpitudinis, quam vt referri honeſtè poſſit. Magna in Imp. pœna eſt diuinitus inflicta, quando talia proſtibula imperant. Extremæ ignominiæ erat apud * Perſas, aliquem *Muliere ignauiorem* merito reprehendi, quanto id magis in imperio; Quare Deus Opt. Max. apud Prophetam extremæ multæ loco minatur: *Daturus autem ſum* (inquit) *pueros principes eorum, & facinoroſi dominabuntur in eos. Ita opprimet in populo alter alterum, quiſq; proximum ſuum, ſuperbiet puer in ſenem, & vilis in honoratum.* Et iterum: *Væ terræ cuius Rex puer.* Turpiſſimum ſane mulieres euadere in viros, vt Exl. *Iaëlis, Iudith, Semiramis, Tomyris, Amazonum*, & aliarum oſtendunt, viros autem degenerare in mulieres.

> *Deſcripſit huius vitam Æl. Lampridius Eâ libertate, quâ ipſe egit. Oration. adiecit eiuſdem ſtyli Leonard. Aretinus.*
> * *Obſeru. Alex. Alexand.*
> *Eſai. 3. v. 1. 2. 3 & inpr. 4. ibid. v. 5. ibid. v. 12.*
> *Eccleſ. 10. v. 16.*
> *Iudic. 5. Iudith. 12. 13. Herodot. al.*

Pulcrum eminere eſt inter illuſtres viros,
Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, tempus atq; iræ dare,
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.
Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.

> *Senec. Octau. Act. 2 Scen. 3*

Hæc autem munia Magiſtratus *virum* non mulierem *probant*, vt in prouerbio dicitur. Et *Horatius* haud incongruè:

> *Eraſm. in Chiliad.*
> *Epiſt. lib. 1.*

Tu rectè viuis, ſi curas eſſe quod audis.

Hinc eſt illud *Virgilij*, quod huc optimè quadrare arbitramur:

> *Virgil. lib. 6. Æneid.*

Excudent alij ſpirantia mollius arma,
Credo equidem viuos ducent de marmore vultus,
Orabunt cauſas melius, cœliq; meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ ſibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere ſubiectis ac debellare ſuperbos.

ADVLTERANS VXOREM DEMENS EST, perditurus ſeipſum.



Vnica commendat validas Prudentia vires,
Quaquicunq; caret, nō erit ille potens.
Wo groſſe Stärck iſt ohn verſtand,
Erfolgt offtmals groß läydt vnd ſchand,
De Dieu vient la Prudence, c'est un poinct reſolu,
Ou elle ne ſe trouve, tout y est diſſolu.

Hoſtis, Sexte, tuas vires, non ſentiat uxor
Quæ ſatagit proprio caſta placere viro.
Tarquinjus ſchändt Lucretiam,
Endlich auch ſeinen lohn bekam,
Tarquinius eſtoit un courageux gendarme,
Mais Lucrece forſant, il fit un grand alarme.

LVCRETIA. Alia nobis hîc proponitur Hiſtoria, *Lucretiæ* nimirũ à Sexto Tarquinio ſuperbo per vim compreſſæ ac vitiatæ, cuius ſummã verbis Valerij Maximi recenſebimus. *Dux,* inquit, *Romanæ pudicitiæ Lucretia, cuius virilis animus maligno errore Fortunæ muliebre corpus ſortitus eſt. A Sexto Tarquinio ſuperbo, Regis ſuperbi filio per vim ſtuprum pati coacta, cum grauiſſimis verbis iniuriam ſuam in conſilio neceſſariorum deploraſſet, ferro ſe, quod veſte tectum attulerat, interemit. Cauſamq́; tam animoſo interitu* [a] *imperium conſulare pro regio permutãdi, populo Romano præbuit.* Verba eius ad venientem virum talia fuiſſe perhibentur.

Lib. 6. cap. 1.

[a] *Vides, Turpiſſimum Libidinis vitiũ imperia mutare ac transferre.*

hibentur. Cum Collatinus (Lucretiæ maritus) cum paucis familiaribus ad Lucretiam veniſſet, quærenti viro ex more; *Satin' omnia ſalua? Minime,* inquit,[b] *Lucretia, quid enim ſalui mulieri, amiſſa Pudicitia? Veſtigia alieni viri, Collatine, in lecto tuo ſunt. Sed corpus tantum violatum eſt, animus inſons eſt: mors teſtis* erit. His dictis cultrum quem abditum habebat, in corpore infixit, & moribunda collapſa eſt. Non ignoramus diuerſa eſſe de hoc facto Lucretiæ iudicia, pro fortitudine aliis, vt ſuprà * [c] *Valerius Maximus*, pro *Prudentia* aliis, aliis aliter interpretantibus. *Auguſtinus* certe non probat, ſed diſputat potius pudicitiam integram, etiam præter aſſenſum voluntatis conſtuprato corpore. Et verè quidem; Nam, vt nihil prodeſt pudicitia corporis animo conſtuprato, ſic non officit corporis violatio animo integro ac conſtanter pudico. *Hieronym. Comment. in Ierem. c. 7.* Sed perſona Ethnica eſt, ideoque de illa iudicandum ſecundum fidem. Alia ratio eſt *Braſilla*, de qua Hiſtoria Eccleſiaſtica, quod vitam quàm pudicitiam, etiã mediante egregio commento, amittere maluerit. Et de *Virginibus* illis *Antiochenis* aliud iudicium eſto, de quibus *Euſebius Cæſarienſ.* alia Exempla nõ addam. Saltem hoc monet, quantus Theſaurus ſit *Pudicitia*, etiam ab homine Gentili ſummopere commendata, *quod ſit virorum pariter ac fœminarũ præcipuum firmamentum.* Adeo autem Pudicitia ſeruanda eſt, vt etiam fomenta impudicitiæ omnium vitanda ſint: Certe P. Mænius in libertum, filiæ oſculum dantem grauiſſime animaduertit, filiæ præcipiens, *vt non ſolum Pudicitiam ac Virginitatem illibatam, ſed etiam oſcula ſyncera ad virum perferret.* Hic ſilentio non eſt prætereundum, pium iuxta atq; cordatum reſponſum, *Engeldrada, Billicij Rauennatis* viri Nobiliſſimi filiæ. Hæc cùm in templo, Patrem ab *Ottone Imp.* interrogatum, *Quanam eſſet puella illa, quæ ſibi valde placeret*; reſpondentem audiſſet: *Filiam eſſe ſuam, eamq; talem, quæ Maieſtatem ipſius pro lubitu & ex patris iuſſu exoſculatura eſſet*; Illa rubore ſuffuſa ſurgens inquit: *Ne cui permittas id pater, quod in poteſtate tua nõ eſt. Antequã.n. quiſquam, eo tamen excepto, qui me ſibi matrimonio iuncturus eſt, me tetigerit, ei ego hoc cultro pectus perfodiam.* Placuit hoc Imperatori, virginemq; deſpondit, dote illi de ſuo numeratâ ampliſſimâ. Id vero maritatas conſiderare ac facere vel maximè decet, propter arctiſſimam copulationem & ſtipulationem ſanctiſſimam, qua maritis deuinctæ ſunt. Quod vt eo fidelius exſequantur, opus eſt, vt 1. *ardenter orent.* 2. *Maritos flagranti amore complectantur*, ac denique *ſtrenuè* 3. *laborent*, 4. *exſequentes officia* domeſticæ vocationis, *linum ac lanam tractantes*, nentes, &c. quemadmodum de generoſa muliere Salomon prædicat, & exempl. *Lucretiæ, Penelopes*, aliarumque
oſtendunt.

Eraſm. Apophthegm. lib. 6. p. 514.

b *Bona verba, Lucretia!* Corpus ſanctarum mulierum non vis maculat, ſed volũtas. Hieron. lib. Quæſt. in Geneſ.

Alius eſt furor virginum Mileſiarum. A. Gell. lib. 15. c. 10.

c *vt Ethnicus ſolet.*

Aliter Ambroſ. lib. 3 de virginib.

Idem fecit Sophronia Martyr.

Recitat. Ludou. Viu. lib. 1. p. 270.

Lib. 8. Hiſtor. Eccleſiaſt.

Vid. loc. in Val. Max. Ref. Val. loc. alleg.

Ex Baptiſta Fulgoſ. recenſ. Ioſeph. Paſſ. Rauennas lib. de ſtat. Martial. p. 52

Tacit. lib 4. Agrippinam *impenetrabilis pudicitiæ adſerit.*

Media conſeruandæ pudicitiæ.

Id mandat Hieron. Demetriadi in Epiſt. Tom. oper. 1.

XIIII.

NIHIL VIOLENTVM DIVTVRNVM.



Imperium et faſces & Regem Aſtræa tuetur; Aſpice cantatum multis ſine laude Neronē,
Verùm mole ſuâ vis truculenta ruit. Cui vitam et faſtum finijt una dies.
Kein Herr kein herſchafft mag beſtehn Man weiß wol, wies Neroni gieng;
Wo Gerechtigkeit thut vndergehn. Der mancherley handel anfieng.
Sans Juſtice fleurir ne peut aucun empire En a monſtré l'exemple, c'eſt ce Neron cruel
Non pas meſmes durer: de maints tyrans lē pire Et ſur qui en fin tombe blaſme perpetuel.

NERO. Sueton. & alii in Neron. Imp.

NERO *Imp.* reuera monſtrum ac prodigium verius hominis quam homo dicendus eſt. Matrē enim *Meſſalinam* ipſam, duas coniuges, *Octauiam* & *Poppæam*, *Senecā* Præceptorē, duos optimos Apoſtolos *Petrū* ac *Paulum*, *Lucanū* Poëtā & multos omnino præſtantiſſ. viros interfecit: Vrbem *Romam*, cùm in aliquib. plateis anguſtiorē atq; obſcuriorē videret, quàm vellet, ſimulq; exemplū deletę Troiæ conſpicari concupiſceret, diſtinctis in locis incendi iuſſit, q̄ ſex dies ſeptemq; noctes ipſo ſpectante ac ridēte flagrauit, & noxa in Chriſtianos translata horribilē in Chriſtianos perſecutionē mouit, ſæuitiam exercuit, lanienam inſtaurauit: puerū ſporum

ſolemni

ſolenni nuptiarum ritu, Sodomita, vxorē duxit, poſtmodum Doryphoro liberto ſuo denupſit: tanquā iniuſtitię exemplum hîc proponitur, cauſa eſt, non quod tantam annos quinq; primos cōtinuos ꝓbitatis ac præclaræ indolis ſpeciem ꝑ ſe tulit, vt etiam *Traianus*, qui *Optimus* dictus eſt, ꝑdicare ſolitus ſit, *Optimos quoſque Principes à primo Neronis quinquennio longe abeſſe*. Sed quod à ſemetipſo deniq; tam turpiter degenerauit, & tam abominanda ſcelera ſine fronte deſignauit. Deplorandum, multos bene ab initio currere, ſed in medio curſu probitatis atq; iuſtitiæ turpiter deficere. Magnæ probitatis *Saul* Rex Iſraëlitarum, magnæq́; moderationis celebratur, ſed in medio curſu defecit, & in Ἀλλοτριοεπίσκοπον Tyrannumq́; degenerauit. Nec *Dauid*, *Salomonve* cōſtanter manſerunt, tametſi ſub Neronis cenſum non ſint referendi. Etiam *Ioas*, quod monitore Ioiada ſummo Pontifice vſus eſt, iuſtum ac moderatum Principem egit. Nôrint autem Tyranni, quēadmodū *moderata diu durant*, ita *crudelitatem ac Tyrannidem ſemper tragicos habuiſſe exitus*. Quin etiam in hoc ſeculo animaduertit Deus in Tyrannos mala cōſcientia & perpetuo metu, vt ſit timor vndiq; ac tremor, dolor perpetuus, ſuſpicio & anxietas, angulos omnes metuāt, vmbras ipſas formident, &c. quorum ἀπόφθεγμα eſt * Neronicum: *Oderint dum metuant*. Ex l. inſtar omnium eſt *Dionyſii Syracuſani Tyranni* conſcientia, qui amotis amicis, ferociſſimis ſe commiſit, tonſorumq́; metu filias docuit tondere. Adultarum manibus ferrum non eſt auſus credere, ſed candentium iuglandium putaminibus capillū ſibi & barbam aduri iuſſit. Vxorum niſi excuſſarum complexum nō petiit. Cubicularem lectum q. caſtra, foſſa lata cinxit, in quem ſe ligneo ponte recipiebat, &c. ô carnificinam! ſic ſemper inter ſtrictos enſes ambulant, quemadmodū *Damocli ipſe Dionyſius* oſtendit. Non vacat dicere de exitu, qui ſemper tragicus eſt; Nam Neronis talis fuit: Cognito aduentu Sergij Hiſpanorum Præfecti, ex vrbe fugit. Qua in fuga ingens terræ motus factus eſt. Et terra dehiſcere ipſi eſt viſa, & occurrerunt ſpectra eorum ab ipſo interfectorum. Cumque audiret propè eſſe equites à Senatu miſſos ad ipſum interficiendum, gladio ipſe ſe transfixit. Non enim fallit illud:

Saul. *1. Sam. 10. 11. &c.* *Dauid.* *2. Sam. 11. & 12.* *Salomon.* *1. Reg. 10. 11.* *Ioas.* *2. Reg. 12. v. 2.* *Ambroſ. Homil. 1. de Diuit. & Lazar.* ** ſeu cum Caligula: ſicut teſtatur Suetonius in vita C. Caligulæ.* *Diod. Siculus lib. 20.* *Cicer. Tuſcul. q. lib. 5.* *Id. Offic. lib. 2.* *Val. Max. lib. 9. c. 13.* *Plutarch. in vit. Dionyſ.* *Philipp. in Chron. recenſ.*

Ad Generum Cereris ſine cæde ac ſanguine nulli
Deſcendunt reges aut ſiccâ morte Tyranni.

Iuuenal. Satyr. x. pag. 41.

Horrendi fuerunt exitus aliorum etiam: * *Herodis, Syllæ, Marij, Saulis, Herodis alterius Iulian.* & ſimilium: *Quomodo enim quis peccat, ita itidem punitur*, iuxta Sapientem. Et *nil rectè facit Tyrannus, quam cum moritur. In tyranno etiam ceſſat relatio Magiſtratus. Is enim principis nomen ac dignitatem amittit, qui à ratione diſcedens, diuina ac humana iura conuellit. Vere hoc Bodin. l. 3. de Repub. c.* 4. quicquid etiā impius *Machiauellus* contranitatur *lib. de princip. Peryllus* ſuum ipſius opus imbuit, *Phalaridis* iuſſu. Quare lenitati ac iuſtitiæ ſtudendum. *Iuſtitia thronus regis conſtabilitur*, non violentia.

Ioſeph. l. 17. Antiq. c. 12. it. 8. *Sap. 11. v. 17.* *Plin. Natur. hiſt. lib. 34. c. 8.* *Prou. 20. v. 28*

Senec. *Magnum* enim *Timoris remedium clementia.*
Nero. *Ferrum tuetur principem.* Seneca. *Melius Fides.*
Nero. *Decet timeri Cæſarem.* Senec. *At plus diligi.*

Senec. in Octau. Actu 2. Scen. 7.

Quiſquis es q hęc legis, require Senec. in Octau. Act. 2. Scen. 7.

P FOR-

FORTES FORTVNA JVVAT.



Deſpicit hoſtiles infracto pectore turmas,
Defirmo virtus robore nomen habens.
Hertzhafftig oder Manlichheit,
Eur feindes gwalt ſich nicht vaſt ſchewt;
Dieu ſeul eſt noſtre force & tout noſtre ſupport,
Ceux qui en luy ſe fient ne creignent point la mort.

Sicut ſcripta docent, Holoſernis femina Iudith
Magnanimi proprio ſuſtulit enſe caput.
Holoſernis das Jüdiſch weib
Den Kopff abhieb von ſeinen leib.
Iudit met en danger ſon honneur & ſa vie,
Puis d'un coeur maſculin conſole Bethulie.

Fortitudo.
SAMSON.
Iudic.16 v.3.
Bünting.in Itinerario.
1.Sam 17.v. 4.5.6.
2.Sam.23.
Plin l.7.c.20
Liu Decad.1.
Memor.Liu.

CORporalis *Fortitudinis* Exempla cum in Sacris tum in prophanis obuia multa ſunt. Aliqua delibabimus. Portentoſæ Fortitudinis fuit, qui ſurgens in medio noctis Gazæ arripuit fores portæ, vna cum duabus poſtibus earum, & imponens humeris deportauit in verticem mõtis, qui eſt in conſpectu Hebronis per integra quinq; milliaria Germanica. Non iam dicam de inuſitatæ magnitudinis & roboris *Goliatho*. Non de *Heroibus Dauidis*. *Milo Crotoniates* pugno occiſum, & humeris portatũ taurum, vno eodemque ipſo die vorauit. *Herculis* fortitudo magis decantata eſt, quam quę pluribus memorari debeat. *Horatius Cocles* integrum exercitum

ſuſtinere

ſuſtinere potuit. *Romuli* aduerſus Acronem Ceninenſium Regem forti- *Plutarch.*
tudo nota eſt. Non dicam de *T. Manlio Torquato*. Non de *Valerio Coruino*. *Propert. lib. 6.*
Non de *Æmiliano Scipione*. Non *M. Caſio Scæua*; Non de *C. Attilio*. Non de
Scæuola. Non *Curtio*. Non *Regulo*. Non *C. Sempronio Atratino*. Non *Fabio Ma-* *Vide Valer.*
ximo Rulliano. Chelia. Portia. Zenobia. Thaleſtri. *Ioan.* Aurelianenſi. *Leonidas* *Maxim. §. de Fortitudin.*
Spartanus & *Epaminondas. Cimon. Alcibiades. Themiſtocles. Miltiades* Athenienſ. *Lib. 3. c. 2. p.*
Hannibal & *Haſdrubal*. ſepeliantur obliuione. Celebrat Plin. *Tritanum* gla- *166. edit. Pyghian.*
diatorem. *A. Iulium Valentem. Herculem Ruſticellum. Fuſium Saluium. Athana-* *Lib. 7. Natur.*
tum. & alios alibi: *T. Cæcilium Teucrum. L. Siccium Dentatum. M. Capitolinum.* *Hiſtor. c. 20.*
Sed deſino Exl. His ſi lubet adijce *Holophernem*, tot tantarumq; regionum *A. Gell. lib. 7. c. 6. & l. 19.*
ac gentium victorem: ſed indignus eſt, qui ad hunc ordinem referatur, *c. 2.*
ab imbelli muliercula interfectus. Comprobatum autem fecit nobis ſuo
exemplo, *quod fortitudo ad prælium parum conferat, niſi Deus manus præliari ad-* *Eccleſ. 9. v. 11*
doceat, & quod *gloriari non detur forti, niſi in vno ac ſolo Deo ad ſalutem cognito*: *Pſal. 18. v. 35.*
Sapienter admodum Mimus *Maximino Imp.* accinuit: *Ierem. 9. v. 23 24.*

Elephas magnus eſt & occiditur. *Iulius Capitolinus in Maximinis.*
Leo fortis eſt & occiditur.
Tigris fortis eſt & occiditur. *Ex hoc Philipp. in Chron.*
Caue multos ſi ſingulos non times.

Melior eſt longanimis robuſto, & qui dominatur in animum ſuum, quam qui capit *Prou. 16. v. 32*
ciuitates. Fortior eſt *Dauid*, hoſti, cum interimere bis poſſet parcens quàm *1. Sam. 24. v. 5 & ibid. c. 26.*
Samſon leonem inſtar hæduli diſcerpentis, aut mille Palæſtinos maxilla *v. 10.*
aſinæ occidens: *Fortior bibens cicutam Socrates*, quàm nouem triumphos tri- *Iudic. 14. & 15.*
umphans *Dētatus*. Nam vt loquitur *Democritus*· Ἀνδρεῖος οὐχ ὁ τῶν πολεμίων *Democritus.*
κρατῶν, ἀλλὰ ὁ τῶν ἡδονῶν κρείσσων. Ἔνιοι δὲ πόλεων μὲν δεσπόζουσι, ἡδοναῖς δὲ
δουλεύουσι. Fortius certè *Alexander Magnus*, cum *Darij* filias vxoremque for- *Iuſtinus ref.*
ma inſigni omnes perditas illibatas ſeruaret, dicens: Αἰσχρὸν εἶναι τοὺς ἄν- *Q. Curt. itid.*
δρας νικήσαντας ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι, quàm cum vrbes capit. Fortior *Sci-* *& Anian.*
pio Africanus Lucio illibatam ſpecioſiſſimam ſponſam reſtituens, quam i- *Nicomed.*
pſam capiens vrbem Carthaginem. *Tullius* maioris prædicabat victoriam *Scipionis continent. ex Plu-*
Iul. Cæſ. de ſe quam illas de hoſtibus. Denique *ea demum eſt vera fortitudo,* *tarch. Gell.*
quæ dolorem corporis atque animi vel propter malum impendens, adeoque mortem i- *Orat. pro M. Marcell.*
pſam, quæ omnium formidabilium maxime eſt formidabilis, vel propter aliquam vo- *Vera Fortitudo quæ?*
luptatis alicuius cuiuſcunque iacturam, æquo animo tolleret, neque ſpe præmij,
neq; pœnæ metu, neq; ignoratione periculi imminentis, neque aliqua fi-
ducia periculi euitandi, neque alicuius vanæ gloriæ ſtudio,
ſed quia præcepto Dei paret.

AVARITIA EST RADIX OMNIVM malorum.



Spes homini cœleſte bonum Spes anchora ſacra,
Qua p̄reute perit vita ſalúſq; ſimul.
Die Hoffnung iſt der ancker gut,
Dran ſich ein Menſch recht halten thut:
L'Eſpoir grand don de Dieu eſt une vertu belle;
Mais ſi elle perit, tout perit auec elle.

Proditor hac Iudas abjectâ deſperauit;
Arboréq; ex alta triſte pependit onus.
Iudas, der ſolche von ſich ſtieſs
Am baum ſein leben ſchändlich lieſs.
Sur la grace diuine l'Eſperance aſſeurés,
Et n'imites ce traiſtre ne vous deſeſperés

Auaritia. PRolixus eſt textus apud Apoſtolum de Auaritia, & ſpe in diuitiis poſita, vitanda, quam propter luculentum *Iudæ* exemplũ totum huc trãſcribere placet: *Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum.* Nam *qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas diuitiarum, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem ô homo Dei hæc fuge. Sectare vero iuſtitiam,*

1. Tim. 6. v. 17 vide & 18. & 19. v. 55.
ibid. v. 9.
ibid. v. 10.
ibid v. 11.

ſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mãſuetudinem. & quæ ſequuntur. Docet de *obiecto* ſpei, quod improbi quidam faciunt Ἄργυρον & πλοῦ- Epheſ.5.v.5.
τον Ἄδηλον, ſed magna cum impietate, atque adeo etiam cum *idoli cultu*, vt Scriptura loquitur. Verum autem obiectum ait eſſe Θεὸν τὸν ζῶντα τὸν παρέχοντα ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν. Quæſo ego; nunquid inſani- Simil. adpoſitiſſ.
re putares eum, qui limpidiſſima ſcaturigine aquis ſuper-ſuperabũdanti relicta, turbidum aliquem & aridum riuulum ſectaretur; At hoc faciunt, qui deſerto Deo, παντὸς τοῦ ἀγαθοῦ αἰτίῳ derelicto, excauant ſibi ciſternas Fortunarum corporalium, quæ deficiunt tamen & *in die iræ non iuuant?* Zephan.1. v.18.
Audi Deum ipſum: *Duo mala facit populus meus, me dereliquerunt ſcaturiginem* Ierem.2.v.15.
aquarum perennium, vt effoderent ſibi ciſternas, ciſternas factas, quæ non capiunt aquas. Deinde *extremum periculum* τῶν πλεονεκτῶν exaggerat Apoſtolus, ꝙ laqueis inuoluantur, quibus pertrahantur in æternam perditionem. Sanè! nam *Auarus, qui eſt Idololatra, non poßidebit regnum cœlorum.* Denique o- Epheſ.5.v.5.
ſtendit modum verum vtendi diuitiis in Domino, nimirũ, διώκειν δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονὴν, πρᾳότητα: i.e. veram pietatẽ, &c. ὠφέλιμον πρὸς πάντα, vt ſuperiori cap.4. dixerat, ἔχουσαν ἐπαγγελίαν ζωῆς 1 Tim.4.v.8.
τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. Verum hæc omnia non melius exaggerare poſ- 9.
ſum, quam verbis *Auguſtini ad Iulianum comitem*, qui ſic infit: *Annuncia, præ-* Auguſtin. ad
cipe, impera, ſuade tuis, vt caueant à cupiditate (argenti) quæ eſt radix omnium ma- Iulian. Comit.
lorum. Cupidus enim vir animam venalem habet. Si inuenerit tempus, vt concupiſcat quæ eſt in ordine centeſim.
alicuius aurum, aut argentum, aut veſtes pulcras, vel etiam cuiuslibet mulierem pul- vndecim.
cram facie, pro nihilo perpetrat homicidium. Et vt quis effundit aquam in terram, ita ei ſic effundere ſanguinem proximi ſui. Plurimæ animæ in mortis periculum inciderũt propter cupiditatem, & multi Domino iubente lapidati ſunt. Saul enim alienus à Deo effectus eſt propter auaritiam, & ad extremum de culmine regali expulſus, ab inimi-
cis ſuis peremptus eſt. Et de multis tibi multa dicere potuiſſem, ſed ſapienti pauca ſuf- 1.Sam.31.v.
ficiunt. Dominus vero & Saluator noſter voluit de cordibus pecuniarum amorem ex- 4.5.6.&c.
cludere: ſed quia erant cupidiſſimi, ſalutaria Domini verba deridebant. Nam & il-
lum diuitem, quem Dominus ad regna cœlorum prouocauit, amor pecuniarum eum Matth.19. v. 22.23.24.
intrare non permiſit. Sed & Iudæ pectus auaritiæ flamma exarſit, vt Dominum cun- Matth.26.&
ctorum bonorum largitorem in manus traderet impiorum. Auarus enim vir inferno 27.
eſt ſimilis. Infernus enim quantos mortuos deuorauerit, nunquam dicit: Satis eſt: Sic Prou.30. v.16
etſi omnes theſauri circumfluxerint in auarum, nunquam ſatiabitur. Ideo, Frater
mi, omnibus qui in domo tua ſunt præcipe, ab hoc vitio cauere. Quum enim auaritia Idem alibi de
alicui dominatur, ſubiectus malis omnibus demonſtratur: quia de auaritia om- verb. Domini.
nia mala oriuntur, & peccatorum omnium ſpinæ producuntur: quæ eſt
autem illa inſania, amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, amittere cœlum?

OS LOQVENS BLASPHEMIAS. Dan. 7. v. 8.



Sæuiat impietas Mahometis et Antichriſti,
Parvóq; intentent arma mináſq; gregi:
Arma mináſq; Fides, recti ſibi conſcia, ridet,
Contemto curam pro grege Chriſtus habet.

Obſchon der Turck vnd antichriſt
Widr Chriſti herd ſich dapffer rüſt,
Forcht doch der Glaub nicht ihre Macht,
Dan Chriſtus fur die ſeinen wacht.

Que Mahomet tempeſte, de meſme l'Antichriſt,
Exerçant ſa furie ſur le troupeau de Chriſt:
Tant y à que la Foy d'eux point ne s'eſpouvante,
Mais fermement demeure de Chriſt l'humble ſervante.

MAHOMETES. Multorum Chronicorum hac ſumma eſt, Doctrina capita tranſſumpta ex Illuſtri Budovvecio, *qui & ipſe aliquandiu in Turcia, & vidit, audiuit, legit, &c.*

EX *paruis initiis mala maxima.* Teſtatur *Mahometus*, eiuſq; ſecta & regnũ. Ortus eſt in Arabia ex infimæ ſortis parentibus. Seruus eſt mercatoris factus, cuius poſt obitũ vxorem duxit, vnde ditior euadens criſtas attollere cæpit, & nouã orſus eſt ſectam religionis: Ex Iudaica & Chriſtiana, inprimis autẽ Hæretica Neſtoriana conflatã, vſus opera Iudæi, & Neſtoriani cuiuſdã Monachi Sergij, de induſtria cõflatitiam ꝓfeſſus religionẽ, vt ex quibuſuis ſectis eo maiorẽ cõcurſum nanciſceretur: nec ſpes ipſum fefellit, & quoniam emotâ ſæpiuſcule mente eſſet, & Herculeo laboraret morbo, colloquia procidens cũ Deo cõmentus eſt. Tanta autem incrementa ſumpſit & ſecta & regnũ eius, vt deniq; ad prodigioſum hoc cul-

men,

men, quale nunc eſt, emerſerit. Fundamentũ impietatis in *Alcorano*, quem & *alphurkam* appellitant, poſitũ eſt, ꝙ iniquitatis myſteriũ inprimis à *Nobiliſſimo Leonclauio* & *Saracenica* ſiue *Mahometica*, ex Bibliotheca *Palatina* edita, detectum eſt. Huius impietas cum hîc veræ fidei è Diametro opponatur, repetenda eſt aliquanto altius. De *Alcorano*, qui ſummam ſuæ pietatis contineat, diſputare non licere docet. Nec ex Arabica in Turcicam linguam transfundere licere. Ex ipſo Dei ore Alcoranum ſe hauſiſſe cõſtanter adſerit. Eſſe tantæ efficaciæ, vt etiam diaboli p ipſum poſſint ſaluari: Cæterum neſcire, inquit, hominẽ vtrum amore an odio dignus ſit, & niſi in pugna contra Chriſtianos occubuerit occumbatve, certũ de ſalute eſſe nõ poſſe. Deo Anthropomorphitarũ in morem, corporalia idiomata tribuit. Se ſine dolore ex vtero matris progenitum affirmat. Chriſtũ fatetur ex Virgine Maria natum, & ex Spiritu S. conceptum: Cui Deus partem animæ & virtutis ſuæ impertitus ſit; & qui omnium aliorum Prophetarum clariſſimus fuerit, excepto ſolo *Mahomete*. *Chriſti* natiuitatem Angelum *Mariæ* prænuntiaſſe. Chriſtum in ſua pueritia ex limo terræ volatiles confeciſſe aues: ſurdos, cæcos, & omnis generis morbos ſanaſſe, mortuos excitaſſe, non ſua ſed virtute Dei: quia Deus non fuerit, eo quod Deus ſocium non patiatur. Quare conqueritur de Iudæis, quod Chriſto reſtiterint: Chriſtum quippe fuiſſe dumtaxat Legatum Dei; nec potuiſſe eſſe Deum, cum cibo & potu vſus ſit. *Chriſtum* itaq; non eſſe adorandum, nec *Mahometi* maledicendum, ſub pœna Gehennæ. Chriſtum natum, ſubito matrem ſuam Virginem Mariam allocutum, & illam conſolatum eſſe, quinetiam præmonuiſſe, quod Propheta tantum ſit, non filius Dei. Virgini *Mariæ* peculiarem locum in cœlo præparatum, & eſſe ſeptem cœlos, in quibus, ſi Chriſtus Deus eſſet, fore vt ibi exorirentur bella. Falſum itaque eſſe, Deum filium aut ſocium habere. Chriſtũ prædixiſſe Aduentum *Mahometis*. Et ante *Mahometem* neque Iudæos neque Chriſtianos veram Dei cognitionem habuiſſe. Docet *Purgatorium*. Et de *Vita æterna* ſeu *Paradiſo*, quod in eo futuræ ſint omnis generis voluptates, comedendo, compotando, & inprimis coeundo cum pulcerrimis fœminis. Alcorano fideles ituros in pulcerrimos hortos, amictos pulcerrimo veſtitu, vbi ſint ſcaturientes aquæ, vbi pulcerrimæ puellę, oculis claris, altis, & nigreſcentibus: & omnis generis dulciſſimi fructus, potaturosque ibi dulcia vina. Ibidemque in medio Paradiſi futuram altiſſimam turrim, in cuius medio fideles Alcorano ſint habituri, Infideles includendi. Sed deſino.

Nam hæc portenta & abominationes recenſuiſſe, nobis refutaſſe eſt. Hæc de Mahometo & Alcorano.

Item ex Refutat. Alcoran. Fr. Ricard. Anno 1595. edit. Heideib.
Dogmata Mahometis.
Azoar. 5.
Azoar. 38.
Azoar. 56.
Azoar. 82.
Azoar. 6.
Azoar. 20.
Azoar. 1.
Azoar. 4.
Azoar. 5.
Azoar. 11.
Azoar. 12.
Azoar. 19.
Azoar. 13.
NB. Sadducæum.
Matth. 22.
Azoar c. 29. & al. pl.
Azoar. l. 23. 24. 28.
Azoar. 61. 67. & al.

CARNEM

CARNEM SVAM NEMO ODIT, SED *nutrit ac fouet.*



O numen nomenq́ ſacri venerabile Amoris!
Blanda Agape, in teris perge vigere diu.
O Lieb myt deiner lieblichheit
Wachs hie vff erden weit vnd bräit.
O belle Charite ton nom eſt venerable,
Entre tous les Chreſtiens vueilles eſtre durable.

Dum necat infantes (facinus crudele tyranni
Nullus in Herodis pectore regnat Amor
Herodes hats gantz vbermacht
Als er die kleinen kind vmbracht.
Quand le tyran Herode occit en une fois
Pluſieurs enfans ſans honte, en ſon cœur tu n'eſtois.

Epheſ.5.v.29 CVm nemo odio habeat carnem ſuam, quinimo diligat ac curet:* at vero liberi ſint caro & ſanguis parentum, planè contra naturam faciũt, qui liberos non diligunt, adeo vt extremo potius odio perſequantur. Maximè cum *amor deſcendat magis, quàm aſcendat*, vt *Hiſtoria Gandauienſis* oſtẽdit. Cõſulatur natura, q́ eſt ferociſſimarum & infeſtiſſimarũ beſtiarum, quæ fœtum ſuum non amet? Quæ *Aquila*? Quis *Accipiter*? Quæve immanis auis alia, quæ pullum ſuum non curet, præter vnum ac ſolum ἄστοργον, *coruum*? *Aſinus*, qui omniũ brutorum ferè cenſetur tardiſſimus, tanto erga ſobolẽ impetu

Hiſtor. Gandauenſ. citat. Selnec. padagog. in præcept. 4.

impetu rapi dicitur, vt huius gratia nec ferrũ nec ignes reformidet. Quare ſenſum communem exuerunt, & omnem non tantum honeſtatẽ, ſed etiam humanitatem depoſuerunt, q̃ prolem ſuam non amant, nec condigne curant. Inter alios huiuſmodi Non-homines, ſed Monſtra-naturæ etiam *Herodes Magnus, Aſcalonita* dictus eſt, qui non vnum liberorum ſuorũ ſuſtulit: Inprimis in *Infanticidio Bethlehemitico*, in quo, quem ex Hebræa fœmina ſuſtulerat, interfici iuſſit, vt *Auguſti Imp.* ioco locum dederit: *Præſtare eſſe Herodis porcum quam filium.* Huius farinæ fuit etiam *Saul* primus Rex Iſraëlitarum, qui proprium filium, partæ tum victoriæ authorem ꝓximè Deum, interimi voluit: ac poſt haſtam vibrans magno niſu interficere eũ ipſe & è medio tollere conatus eſt: *Valerius Maximus*, quo horribilius exẽplum me legiſſe non memini, [nam quod *Hercules*, quod *Medea*, quod alij fortè ſimiles fecerunt, id furentes, & mentis non compotes, factitârunt, at, quod nunc recitamus ex *Valerio* à bene mentis compote patratũ eſt,] de quo in hunc modum ſcribit *Valerius:* Iterum *Ptolomæus Phyſcon emergit, paulò ante libidinoſæ amentiæ teterrimum exemplum: idem etiam inter præcipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculentius; Filium ſuum nomine Memphitem, quem ex Cleopatra eadem ſorore & vxore ſuſtulerat, liberalis formæ optimæq; ſpei puerum in conſpectu ſuo occidi iuſſit: protinusq; caput eius ac pedes præciſos, & manus in ciſta chlamyde opertos pro munere matri miſit.* Sub hunc cenſum cadunt etiam noſtri æui quidam nebulones, qui, perpetuis ac Bacchantium more continuatis perpotationibus atque comeſſationibus totam ſubſtantiam exhauriunt, non reſiduum facientes liberis, de quo fruſtum atri panis, nedum par calceorũ comparare poſſint: Ebrioſi autẽ redeuntes domum tam furenter ac proterue in vxores deſæuiunt plagis, vt neci demũ vix tantum non tradant, tum ſi quid fortunarũ vel mobilium vel immobilium ſupereſt, abglutientes, ſolum vertunt, relictis paruis liberis compluſculis, hoc vel illo nõdum bimatũ nacto, & hubere materno ęgrè carente. In tales nebulones Magiſtratus ꝓ exemplo decernere, & vel extremo ſupplicio tanq̃ libericidas animaduertere debebat: maximè vero cum exempla trahantur in conſequentiã, & in vna cõmunitate diſtincta huiuſmodi ſæpe exempla oſtendi poſſint. Eſt aliud genus huiuſmodi Nebulonum, qui labore manuum victũ cum pro ſe tum pro paruis liberis quærere nolunt, & nec admoniti ad frugem redeunt, cur tales nebulones, terræ grauia pondera, & cõmunitatum carcinomata tolerantur, cur non flagris cæduntur, vt olim in bene-conſtitutis Rebuſpublic. factum: imò ſi in ordinem redigi ſe nolunt, cur non tolluntur, aut ſolum vertere iubentur? ad quid proſunt tales carnifices, quàm vt fruges inutiliter cõſumant, & inſtar lolij tritico optimum ſuccum præſugant. Grauibus heîc Cenſoribus vt olim Romæ, & alibi, opus erat. ô tempora! ô mores!

Vide Ioſeph. à lib. 14. Antiq. & ſeqq.

Macrob. Saturnal. lib. 2. c. 4.

1. *Sam.* 14. *v.* 44.

1. *Sam.* 20. *v.* 33.

Herculis & Medeæ furores.

Valer. Maxi. lib. 9. c. 2. p. 591.

Ex Liuii 59. *Ioſeph. Antiquit.*

Iuſtin. 38. *lib. hiſtor.*

Noſtri æui Nebulones.

1. *Tim.* 5. *v.* 8. *Si quis ſuos inprimis domeſticos non curat, infideli deterior eſt, & fidem abnegauit.*

Q PATIEN-

PATIENTIA TRIVMPHATRIX.



PATIENTIA TRIVMPHVS

En quàm magnifico vehitur Patientia curru, Quem Deſiderium Spéſq; iugata trahunt!	Huic Fortuna potens fracto conceſſit honorem Robore; quam ſi vis vincere, diſce pati.
Gedult endlich alls überwindt; Hoffen vnd Harren hie Zugpferdt ſindt:	Das gwaltſam Glück mit ſeiner Tück Hiedurch getrieben wirdt zu rück.
L'Eſpoir et le Deſir tirent de Patience Triomphante le char plein de magnificence,	Fortune garrotée n'oſe leuer les Ieux. La veux tu vaintre: ſouffre; tu t'en trouueras mieux.

PATIENtia de Fortuna triumph.

Plin. Natur. hiſt. lib. 1. c. 7.

DE *Fortuna*, vt multa commentati ſunt Gentiles, ita in vnum quaſi faſciculum compingit Plinius, qui in Naturalis ſuæ hiſtoriæ principio ſic ait: *Inuenit tamen inter has vtraſq; ſententias medium ſibiipſi mortalitas Numen. Toto quippe mundo, & locis omnibus, omnibuſq; horis omnium vocibus Fortuna ſola inuocatur, vna nominatur, vna accuſatur, vna agitur rea, vna cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuitiis colitur, volubilis, à pleriſq; verò & cæca eſt exiſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorum fautrix. Huic omnia expenſa, omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium ſola vtramque paginam facit.* & quæ ſequuntur. Vt ut autem magnæ fingatur potentiæ hæc Dea commẽtitia,

Euolut. Emblematis.

titia, tamen vna ac ſola Patientia ita eam vincit, proſternit atque conculcat, vt etiam triumphum de ipſa agat. MODVS autem victoriæ repræſentatur per eos qui currum Patientiæ trahunt, *Deſiderium* nimirum & *Spem*, *Malach.4. v.2.*
præuio *ſole Iuſtitiæ Domino noſtro Ieſu Chriſto*, qui cum per varios Fortunæ *Luc.24.v.46*
aduerſæ caſus luſusque graſſatus ſit ad gloriam, indubitatam ſpem facit, fore vt omnes in timore Domini ac fide Patientes eodem modo graſſaturi ſint ad felicitatem ac vitam, dicunt enim cum Apoſtolo: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* *Deſiderium trahit currũ.* *Philip.1. v.23*
Aiuntque iterum cum eodem: Λογίζομαι γὰρ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς:) Καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες στενάζομεν, υἱοθεσίαν, ἀποδεχόμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. *Rom.8. v.18. 23.*
Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτῷ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα. *Philip.3.verſ. vlt.*
Sic inter Fratris ſicarij manus parricidiales triumphum de victoria egit Habel, *cuius etiam ſanguis de terra clamauit in cœlum.* *Gen.4.v.5.10 & ſeqq.* *Heb.11.v.4.*
Nec minus *Iſaac, filius promiſſionis*, quo de in ſequenti Emblemate dicentur plura; & *Iacob*, & *Moſes* contra populum ſuum, cui ſemper in procliui erat virum manſuetum ac ſanctum lapidare. *Geneſ.27.v. vlt.* *Num.11.v.4.* *Exod.17.v.4.*
Sic pia *Sara* de Fortuna triumphauit, cum aduerſum probra improbæ ſeruolæ precibus, patientia, & reliqua πανοπλίᾳ ſpirituali dimicans, victrix tandem euaſit glorioſiſſima, nec etiamnum ſatis laudata. *Tob.3.v.10.*
Dicam verbo: Ita de victoria triumphauerunt *Sancti omnes*, qui *ludibria ac verbera experti, inſuper & vincula atque carceres. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij, mortui ſunt, circuierunt ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ἐν μηλωταῖς, egentes, anguſtiati, adflicti: quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus ac ſpeluncis, & in cauernis terræ.* *Hebr.11. v.33. 34.35.36.37. & ſeqq.*
Hi omnes de Fortuna victores triumpharunt, *vicerunt* ac triumpharunt *per ſanguinem agni, ſcientes, quod potius diſſolutionem terreſtris domus, ædificationem habituri ſint ex Deo, domum non manu factam in cœlis. SPE enim ſalui facti ſunt*, & deſiderio fideque iam tum *conſederunt cum Chriſto* in ſupercœleſtibus. Et *vitam cum Chriſto abſconditam patienter reuelandam exſpectarunt in ſpe ad reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* *Rom.8.v.35. 37.* *Apoc.12.v.11* *2.Cor.5.v.1. & ſeqq.* *Rom.8.v.24.* *Epheſ.2.v.6.* *Coloſſ.3.v.2. &c.*

SIC VERO ISAACE TRIVMPHAS.



Flectenti facilis præbet ſua terga Camelus, Et gerit impoſitum pondus onúſq; ſibi:	*Siſtitur à Patre ſic Iſaac mactandus ad aram, Vicit iter durum cum Pietate Fides.*
Das Kamelthier wan es gefaſt, Trägts mit gedult ein ſchweren laſt:	*Der from Iſaac durchs Vatters Schwert Wil ſterben, welchs der Engel Wehrt.*
Pour complaire à ſon maiſtre ſe couche le Chameau, Et reçoit ſans mot dire, ſur ſon dos le fardeau:	*Iſaac le bon enfant obeït à ſon Pere, En Patience eſt preſt de ſouffrir mort amere.*

ISAACI Triumphus.

PATIENTIÆ triumphum audiuimus in genere. Sequuntur exempla ſpecialia. Per patientiam, obedientiam, ac fidem triumphauit etiam ISAACVS. Libet heîc referre, inſigne Patientiæ exemplum in Sacrificiis, à puero præſtitum, quod *Valerius Maximus* recenſet in hunc modum: *Vetuſto Macedoniæ Regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſtò erant ſacrificanti. E quibus vnus thuribulo arrepto ante ipſum adſtitit, in cuius brachio carbo ardens delapſus eſt: quo etſi ita vrebatur, vt aduſti corporis eius odor ad circumſtantium nares perueniret, tamen & dolorem ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit, ne ſacrificium Alexandri aut concuſſo thuribulo impediret, aut edito gemitu regias aures adſpergeret.*

Valer. Max. lib. 3. cap. 3. p. 191.

Rex:

Rex quoq; patientia pueri magis delectatus, hoc certius perſeuerantia experimentum ſumere voluit, conſulto enim ſacrificauit diutius, nec hac re eũ à propoſito repulit, &c. Eſt ſanè aliquid & quidem magnum quod *Valerius* refert, ſed quod Spiritus ſanctus refert de *Iſaaco*, & hæc *Emblematica Tabella* nobis repręſentat, multo maximum eſt. Non enim manum aut brachium tantum adurere aut amburere, ſed ſe totum Iouæ in Sacrificium holocautomatis comburere paratus eſt *Iſaacus*: Etiam voluntariè ad ſui mactationem profectus, & ligna, ſuper quibus mactandus, immolandus, comburendus erat, ad locum occiſionis & holocauſti faciendi ipſe portans. Nimirum ſic præluſit *Deus omniſcius & ſapientiſſimus* ad vnigeniti ſui mactationem, & holocauſtum *in odorem fragrãtiæ bonæ* ſibi olim ab ipſomet immolandum. Imitanda autem præfiguratur *Obedientia*, quod etiam *camelus* ſubinnuere videtur; Exceptum enim onus conſtanter ille fert, tametſi grande, ita obedienter Iſaacus ſuum onus. Tardè procedit *Camelus*: Ita & Iſaacus, ꝑpter ætatem adhuc immaturam, vix enim annorum XIII. trium dierum iter emetiri cogitur. Preſſa figit veſtigia *Camelus*. Ita & *Iſaacus*. *Obedientia* nulli virtutum cedit, inprimis Deo Altiſſimo præſtita. *Adipe enim & holocautomatis præſtare à Samuele* dicitur. Sed nec parentibus debita hîc obedientia excluditur. Eſt enim ea via ad gloriam ac celſiſſimos honores, longæuitatemque, certe Deus in prima ſecundæ duarum Tabularum Lege expreſſe longitudinem ac felicitatem in his terris promiſit liberis morigeris. *Saul* morem gerit patri, aſinas quæſitum domo proficiſcitur, ſed inter eundum ad culmen imperij Iſraëlitici emergit. *Ioſephus* patris iuſſu fratres inuiſit, ſed per ambages ad Ægyptiaci Pro-Regis ſplendorem enititur. De *Dauide* oues ad parentis nutum paſcente, & ad gubernacula regia euocato nunc nõ dicam. Hoc certum: *Qui gloriam tribuit patri, longæuus erit. Opere & ſermone honora patrem tuum, matremq;, vt ſuperueniat tibi benedictio. Miſericordia erga patrem non tradetur obliuioni.* & quæ ſequuntur. *Rebabitarum* obedientia erga patris monita ſummopere placuit Domino, teſtis eſt Propheta. Commendatur eadem obedientia *Domini noſtri Ieſu Chriſti* tàm erga patrem, per quam triumphauit, vt ſuo loco audiemus, quàm erga parentes corporales. Apoſtolus & Gentium Doctor, præceptum de obedientia erga parentes eiuſque recompenſatione penitius conſiderans, *Filij*, inquit, *obedite parentibus, eſt enim hoc primum præceptum promiſſionem habens de longæuitate*: quod in *Iſaaco* opere ipſe completum. Denique vt *Patiẽtia* etiam hîc commendatur, ita docemur in rebus arduis adeoque periculoſis, & vbi nos ἔκβασιν perſpicere non poſſumus, non deſperare, ſed niti diuina prouidentia, quæ *cum natura exit, ipſa ingreditur*, ſecundum *Taulerum*: quod noſtrum etiam ſymbolum eſt, in rebus ſæpe intricatiſſimis ſalubriter & perceptum & adhibitum; DOMINVS PROVIDEBIT.

Geneſ. 22. v. 1. 2 & ſeqq.
Præluſio ad Paſſionem Chriſti.
Epheſ. 5. v. 2.
Vſus.
1. Sam. 15. v. 22.
Exod. 20. v. 12.
Deut. 5. v. 16.
1. Sam. 9. & 10. capp.
Gen 37. v. 14. & ſeqq. capp.
1. Sam. 16. & ſeqq. plurib.
Syrach. 3.
Ierem. 35. v. 18.
Philipp. 2. v. 5. 6.
Luc. 2. v. pen. ult.
Epheſ. 6. v. 2. 3.
Geneſ. 35. v. 28.
1. Cor. 10. v. 13.
Tauleri dictũ.
DOMINVS PROVIDEBIT.

CASTITATIS IN IOSEPHO TRIVMPHVS.



Inuidia hîc Fratrum notat impia facta Ioſephi: *Illicitus Zephirach eſt bene notus Amor:*	*Sed Deus hunc, multóſq; ſibi ſeruauit in illo:* *Virginitas cæſa plus boue caſta placet.*
Ioſeph war Keüſch an Seel vnd Leib, *Gehorchet nicht Potiphars Weib:*	*Sein Brüdern er nicht böſs vergalt:* *Speiſt in Thewrung ſein vatter alt.*
Les freres de Ioſeph le vendent par enuie, *La paillarde lui veut faire perdre la vie:*	*Mais le Seigneur du monde qui a pitié des ſiens* *Le remet en franchiſe, lui donne gloire et biens*

IOSEPHI Triumphus.

Honos debetur virtuti.

Gen. 37. v. 4. 5 & per totum cap.

HIc IOSEPHI *Triumphus* merito vnumquemque ſapientem vehementer adficere atque commouere debet: Nam ſi poſt varias pugnas, vehementes dimicationes, graues concuſſiones, maximaque exantlata pericula vitæ merito triumphatur, IOSEPHVS meritiſſimo iure triumphat. Principio enim grauem luctam ſuſtinuit aduerſus inuidos, gliſcenti ſucceſcentique eius gloriæ detracturos fratres, à quibus denique in exſulium acerbiſſimum atque aſperrimam ſeruitutem diuenditus, deuictus viſus eſt. Poſtmodum cum poſt euidentem, propter ipſius fideliſſimum ſeruitium benedictionem diuinam benigne haberetur, grauius ipſi atq; pericu-

periculoſius naſcitur prælium cum improba atque impudiciſſima hera, in quo parum aberat, quin à ceruicibus caput ipſi reſectum concideret. Sed q. omnino de ipſo actum eſſet in ſqualidum ac tenebroſum carcerem compingitur, vbi heræ, herique dementati opinione, ad dies vitæ adeoque perpetuo detinendus erat.* Is quoque per quem diuina gratia emergere poterat, ac denique etiam (euocante qui omnia diſcutit, Iehouah) emerſit, longum tempus ipſum obliuiſcitur καὶ παλαιὰ χάρις εὕδει, vt Pindarus inquit, qui conflictus haud dubiè lethalis Ioſepho viſus eſt, maximè cum hoc ipſum vnice liberandum oraret. Sed *conſilium Dei ſtat, facitq́ ille omnem voluntatem ſuam*, quare poſt tot cruenta prælia, & euidentia pericula vitæ euehitur tandem diuinitus ad Triumphum glorioſiſſimum, cum ad gubernacula totius Ægypti ſumma cum laude promoueretur. Viden', qui contra Prouidentiæ Diuinæ decreta ἀμετάβλητα nituntur, *contra ſtimulos* tantum *calcitrare*, & non niſi ſeipſos lædere, aliis autem ad triumphum viam tantum munire atq; ſternere aditum: Eo enim ipſo, quod fratres Ioſephi fati nexum declinare ſtudent, magis magisque prouehunt. Fieri nō poteſt, vt, quem diuina Pronoea ſubuectum in hoc æuo vult, vlla humana vel aſtutia, vel violentia, vel res alia vlla, deprimere poſſit. Miramur ſiue fatuitatem, ſiue inſaniam, ſiue crudelitatem *Aſtyagis Perſarum*, contra fata in nepotem ſtatutam, multo magis demirari poſſumus cruentam ſtultitiam fratrũm *Ioſephi* in propriam carnem. *Habidis* ſimillimum exemplum planè portentoſum eſt. Lege apud *Iuſtin.* ſtupebis. *Caſtitatis* etiam atque *Pudicitiæ* rariſſimæ iuxta atque ad miraculum pertinacis, omnibus adoleſcentibus, puellis atq; virginibus ſtudioſe pieque imitandum proponitur. Cuiuſmodi etiam Gentilium hiſtoriæ nobis proponunt in *Hippolyto*, quem cum propudioſa nouerca Phœdra etiã iuramento, vt petitioni ſuæ locum daret, adſtrinxiſſet, & vt flagitioſe per inceſtum cum ipſo commiſceretur, flagitaret, *Lingua*, inquit ille, *iurauit, mentem iniuratam teneo*, ô decus & gloriam! Denique etiam ſic præluſum eſt Paſſioni Dominicæ; Nam paulo maioris *Dominus noſter Ieſus Chriſtus* atqui Ioſephus diuenditus. Venditus hic autem à fratribus: & *Dominus Saluator* à † *Collega*, fratre & diſcipulo. Reprobatus *Ioſephus* in *caput anguli domus paternæ* factus eſt, ita & Chriſtus. Venditus in exſulium Ioſephus eſt, *Exul erat Chriſtus, comites nos exulis huius.* Ex carcere triennali Ioſephus extractus graſſatus eſt ad gloriam, Pharaoni æqualem. Per & poſt paſſionem, ſepulchrumque triduanum *excitatus eſt Chriſtus per gloriam Patris*, cui dictum, *ſede à dextris meis: dominare, &c.* ô glorioſiſſimũ igitur triumphum! qui omnes hoſtes inſtar tauri proculcat, conterit, delet!

Geneſ.39. per tot.

* Pincerna. Geneſ.41.v.9.

Pindar. dict.

Gen.40. v.23 ibid v.14.

Eſai.46.v.10

Gen.41.v.38. & ſeqq.

Was Gott wil erquicken. Kan kein Menſch vertrúcken.

Ex Herodot. & Iuſtin recenſ. Philip.

Melancht. in Chronic.

Ex Trogo Iuſtin. lib.44. vel vlt. in fin.

Simil. vide apud Hieron. in vita Paul. Eremit.

Eurip. Senec. al. author.

† Queritur Dominus

Pſal.56.v.14

Vide etiam ſuperiore Geneſ.… a v 6 & ſeqq.

Pſal.118.v.22

Gen.41 v 38.

Rom.6.v.4.

Pſal 110 v.1. 2.3 &c.

ANIMVS

ANIMVS LEONINVS IN RE DVRA.



Diuina domuit Dauid virtute Leonem,	*Sed furias Saulis: Simei maledicta petulci,*
Vrſum, hoſtes alios ſemiferúmq; virum;	*Riſoréſq; ſuos cum ratione tulit.*
Den Löwen, Bern, vnd Goliath.	*Dem König Sauln vnd Simej*
Dauit der Held erleget hat;	*Verſchonet er, vnd duldet ſie.*
Et Dauid qui ſurmonte et l'ours et le Lion	*La furie de Saul, de Simej ſupporte*
Par vertu, le grand homme auec ſa region;	*Les brocards, par raiſon noble victoire emporte.*

1.Sam.16.in-
unctus.v.13. DAVID JESSIDES PALÆSTINVS, REX, VICTOR, TRIVMPHATOR,
1.Sam.17.v.
34. Sanctus, Sereniſſimus, Meritiſſimus: Diſcidit Vrſum: diſcerpſit Leonē.
ibid.v.50. Goliathum deuicit, & ſuo ipſum gladio interemit: Saulem capitalem
1.Sam.24.&
26. hoſtem patienter tolerauit, Iudicio Diuino reſeruauit. SIMEI maledicta
2.Sam.16.v. manſuetudine ſuperauit. VICTOR PELISCHTHÆORVM: VICTOR
10.&c.
2.Sam.8.& SYRORVM. VICTOR AMMONITARVM. VICTOR IDVMÆORVM.
9.per tot. VICTOR MOABITARVM. VICTOR PROBRORVM AC SANNARVM:
Ad limitat.
Iul.Capitolin. ſed non victor libidinis ac propriæ carnis. Fortiter dimicauit, feliciter
in Gordian. ſuperauit, glorioſe triumphat: *DEVS fortis accinxit ipſum robore, Rupes ipſius*
Imp.
Deus.

Deus. Per Deum tranſcurrit turmas, per Deum ſuum tranſilijt murum. Deus docuit manus ipſius prælium, vt fractus ſit arcus chalybeus brachiis ſuis: Dedit enim ipſi clypeum ſalutis ſuæ, dexteraq; ſua ſuſtentauit ipſum. Perſequutus eſt inimicos ſuos, neq; reuerſus eſt, donec eos conſumpſit. Merito in *Leonibus* triumphat, magna enim animoſitate, nec minori Fortitudine aduerſus inimicos hoſteſque ſuos; *Fregit eos vt non potuerint reſurgere: Ceciderunt ſub pedibus ſuis. Robore ſeſe accinxit ad bellum, proſtrauit inſurgentes aduerſus ſe, oſores ſuos exſcidit.* ¶ Antonius apud Romanos triumphauit Leonibus trahentibus currum. Bene triumphat ergo & Dauid in leonibus; nam magna humanitate ac manſuetudine tolerauit Saulem, ac cum proſtratum per quietem è medio tollere poſſet, pepercit ei, nempe:

Parcere proſtratis ſcit nobilis ira Leonis.

Bene triumphat in Leone, nam Leo tantæ eſt humanitatis, vt læſus vltro opem quærat apud hominem, & gratiam pro præſtita ope auxilioq; condignam referat, vt ex hiſtoria *Androdi* perſpicuum eſt, (lege Plin. A. Gell. alios, ſtupebis.) Ita *Dauid* in anguſtia & egeſtate conſtitutus media hominum quæſiuit, opem implorauit, ſubleuari ſe petiit, ſed & accepti beneficij haud fuit immemor, neque, vt volgus improborum ſolet, ingratus, ſed largiter recompenſauit, vt exemplum *Barſillai Gileaditæ* eiuſque filij atque aliorum teſtatur. Pulcerrima enim virtus *Humanitas* eſt, nec minus *Gratitudo*, ex *Veritate* & *Iuſtitia* conflata, quam ἀμοιβὴν Paulus, ἀντίδοσιν, alij καὶ ἀντιπελάργειαν, *ad quam ipſa natura* (Leonis exemplum confirmat) *nos obligat. Ingratitudo* autem *hoſtis gratiæ* eſt, & *ingratus tam turpis homo eſt, vt turpiorem ſol non adſpexerit.* Eſt autem *ingratus, qui beneficium diſſimulat: Ingratior qui non reddit* ἀμοιβαίως: *Ingratiſſimus qui plane obliuiſcitur.* Quare à deterrimo ingratitudinis vitio, *exſiccante fontem miſericordiæ*, & *malum à domo non abigente*, ſtudioſiſſime caueamus. Denique bene in *Leone* triumphat, nam licet ab initio *cantum Galli* horreat, tandem tamen ita contemnit, vt proculcet. Scilicet: *Regium eſt male audire cum benefeceris*, vt *Alexand.* inquit. *Spernenda enim hominum iudicia, ſanctus pater monet, vt nec laudib. eorum extollamur, nec vituperiis maximopere contriſtemur*, maximè vbi conſcientia bona eſt. *Quid enim proderit, ſi omnes laudent, & conſcientia accuſet? aut poterit obeſſe, ſi omnes derogent, & ſola conſcientia defendat.* Hæret huic tamen triumpho aliquid luti; nam tot tantorumque populorum victor libidini ſuccubuit. ô factum male! Tanta certe libidinis turpitudo eſt, vt quiduis etiam ſplendidiſſimum contaminare poſſit.

2.Sam.22.v.30. Pſal.18.v.33. ibid.v.3. ibid.v.30.& 35. ibid v.36. ibid v.38. Pſal.18.v.38. 39.40. Plin.l.8.c.16. p.131. Vide 1.Sam. 23.& 24. Ex Appione Polyhiſtore. Recitat A. Gell.lib.5.c. 14.p.98. Plin. Natur. hiſt.lib.8.c.16 Vide 1.Sam. 25. apud Nabal. 2.Sam.16.v.2 c.17.v.28. c.18 v.38. Vide Thom.2. ſecund.quæſt. 107. Iuriſconſultorum Tritum. Bernhardus Serm. de ſeptẽ miſericord. Seneca lib 3. de Benef.c.2. Bernhard.de vit ingrat. Prou.17.v.13. Æſop. in Apolog. Eraſm.in Apophthegm. Hieronym.in Lament.Ierem.cap.1. B.Gregor.in Ezech.Homilia 9. 2.Sam.11.v.4

SAT CITO, SI SAT BENE!



Affligunt Iobum mala Coniunx, Dæmon Amici Squalet et amiſsis omnibus ipſe miſer	*Vicit, ceu clypeo tectus, teſtudinis inſtar, Caſus tam varios difficiléſq; Fide.*
Das weib, die freund, des Satans herr Den frommen Iob Zerplagen ſehr:	*Iob treget alles mit gedult: Bleibt nach, wie vor, ins herren huldt.*
Iob eſtant affligé de Satan, de ſa femme, De ſes propres amis, le Dieu des cieux reclame;	*Apres ſa Patience de ſes maux il obtient La victoire par Foy; ſon heur double reuient*

Triumphus IOBI. LEgibus Romanis cautum erat, ne quis triumpharet, niſi qui quinquē millia hoſtium cecidiſſet, adeoq; inſignem inter hoſtes ſtragē edidiſſet, additq; Epitomator hiſtoricus cauſam: *Nō enim numero, ſed gloria triumphorum excelſius vrbis noſtræ decus maiores noſtri fore exiſtimabant.* (*Valer. Max. lib. 2. c. 8. p. 142.*) Meritóne ergo tu, ô *Iobe* Patientiæ Deus καὶ κάθοπτρον λαμπρώτατον, triumphaſſe, fingeris, pingeris; Certè. Nam *primum* adorſus te eſt cruento ſanè prælio ipſe (*Iob. 1. v. 12.*) *Satanas, Aëris poteſtates, Princeps,* imo *Deus huius mundi*, (*Epheſ. 6. v. 12.*) qui ſuas contra TE copias eduxit latrunculos *Arabas*; deinde etiam *Chaldæos*; Poſtmodum *auxiliaribus Dei copiis atque exercitibus ventis & igne* (*Ioh. 14. v. 30. 2. Cor. 4. v. 4.*) vſus ſanctum tuum cor oppugnauit,

pugnauit,ſed has impreſſiones omnes tam fortiter atq; animoſe,tantaq; *Iob.1.v.14.*
conſtantia ſuſtinuiſti,vt ſui eum ipſum q. pudere, tametſi impudentiſſi- *& 17.& 16.*
mus ſit omnium, oportuerit. Sed is ipſe cum per * calumniam ab opti- ** Iob.2.v.4.5*
mo Deo id veniæ precario impetrâſſet; denuo recollectis viribus te &
ſanctum tuum corpus adorſus,tantoq; in te incurrit impete,vt ferè titu- *ibid.v.7.*
bare ac labaſcere inciperes,ruinæ ſanè eras quàm proximus: ſed recolle- *Iob.c.3.v.1.*
giſti te, ſtetiſti, & opere cõprobaſti,quod Ἀνὴρ φεύγων πάλιν μαχήσεται. *" 2.3.*
Deinde conſerere te manus oportuit cum propria tua coniuge,quæ peſ- *Iob.2.v 9.&*
ſima quidem *tui conſolatrix*, ſed *Diaboli* ſtrenua ac q. iurata erat *adiutrix.* *10.*
Non leuis hic concurſus erat,ſed multarum inſtar vel turmarum vel ve- *Auguſtin. Iudic.*
xillorũ,quis enim grauior impetus tibi obtingere potuiſſet, quam *à carne* *Geneſ.2.v.24*
tua,& ea *quæ in complexu tuo erat*,& vnde proximè Deum maximũ haurire *Mich.7.v.5.*
adiutorium debebas,ſed etiam hos ictus vno halitu *difflauiſti*. Amicorum *Iob.2.v.18.*
etiam tota expeditio in te irruit,ſed Dei etiam iudicio contra ipſos STE- *A cap.4. Iob. & deinceps*
TISTI.Etiam cum Deo conflixiſti,ſed *Patientia correptionis* digito compe- *per plur.capit.*
tens labellum euaſiſti. Quis igitur dubitabit,TE q. alterum *Iſraëlem* me- *Iob.c.38.v.1. & 6.*
rito triumphare? ô ſanctum *patientiæ* ocellum! ô nobilem triumphato- *Iacob.5.v.11.*
rem! Sed ſic *impetraſti benedictionem!* & quemadmodum triumphum cum *ad Heb.c.10.*
nullo partiri habes,ita glorioſior euaſiſti. *Quid ergo non miſericorditer præſta-* *Auguſtin. Epiſt.87.ad*
tur hominibus à Deo,à quo etiam tribulatio beneficium eſt? Nam res proſpera donum *Felicitatem*
eſt conſolantis; Res autem aduerſa donum eſt DEI admonentis. Sed nimirum cur *& Ruſticum.*
in *bufone* triumphare fingeris? pingeris? Nimirum *clypeo* inſtar teſtudinis *Clypeus diuina gratia*
tectus es DIVINÆ prouidentiæ atque conſolationis,ſine qua ſtare,vince-
re,triumphare impoſſibile fuiſſet,ſub hoc autem tutus PERSTITISTI. Vt *Pſal.91.v.4.*
& nos te monente ſciamus,quod *tota † vita hominis ſuper terram tentatio eſt.* *† Iob.7.v.1.*
Nec quaſi proſpera eſt eligenda,nec ſola aduerſa deuitanda, ſed vtraque cauenda, illa *&c.*
ne corrumpat,iſta ne frangat,vt vnicuiq; hominum,in quocunque ſtatu rerum egerit *Auguſt.Præfat.in Pſal.74*
in vita,non ſit refugium niſi DEVS, nec vllum gaudium, niſi in promiſſis eius. Vita
enim hæc qualibet redundans felicitate multos fallit,Deus autem neminem. Deinde *Cur in bonos ac malos dies*
teſtudo ſeu bufo potius tardo procedit gradu, admonens, quàm graui *incidamus.*
in te irruerint mala pondere,& quam magnis incrementis morbus inua- ** Pſal.6.v.4.*
luerit,ſed minimis deceſſiſſe decrementis,nempe etiamnum morbi mul- *Kranckheiten kommen mit*
tis ingraueſcunt ponderibus,ſed minimis paulatim ac ſenſim decedunt *Pfunden/vnd*
vnciis,vt ingemiſcere ſæpe cum *Dauide* oporteat:* VSQVEQVO? Deniq; *nehmen mit Quinten abe.*
ſingularis *Conſtantiæ* in Fide inter ærumnas præbes exemplum,dum ais:

SCIO,quod redemptor meus viuit,&c. Et iterum: *Etiamſi occiderit me Do-* *Cap.19.v.25.*
minus,tamen ſperabo in eum. ô beatũ Triumphum! Faxit Deus, *Cap.13.v.15.*
vt nunquam infeliciori euentu confligamus!

SIS ASINVS QVEMCVNQVE ASINVM ſors aſpera fecit.



Quanta ſenis fuerit Patientia, lumine caſsi,
Nomine ſub Tobiæ pagina ſacra refert.
Aequa mente, velut miſerandæ ſortis Aſellus
Iacturam rerum ludibriumq; tulit.

Tobias war ein frommer Man,
Wie vns die heilig Schrifft zeigt an
Erfuhr doch viel Iamer. vnd Schmertz,
Welchs alls verträgt ſein gduldig hertz

Tobie le fidele, au milieu d'vne gent
Rude, ſa croix peſante porte, fort diligent
A faire œuure de foy: à l'aſne miſerable
Il reſemble, et ſ'attend à ſon Dieu pitoiable.

TOBIÆ Triumphus.
Math.21.v.7
Luc.19.v.30. &c.
Iudic.5.v.10.
c.10.v.4.c.12
v.14.
Numer.22.v.
28.

NOn te pigeat pudeatve, *bone Tobia*, in aſino triumphare, cũ & dominũ ac ſotera noſtrum, *Ducem gloriæ vitæq;* Authorẽ, aſina ſeſſorem, ouatoremq; in vrbem Hieroſolymã geſtauerit. *Principes Iudæ* non tantum in aſinis belligerârunt, ſed etiam p̃claras geſſerũt res aſinis inſidentes, adeoq; in iiſdẽ q. triumpharunt. Maximũ eſt, ꝙ aſina, cui *Bileam* inſidebat ſeſſor, Domino os aperiente loqui orſa eſt: quo ipſo demonſtratũ eſt ad magnas res à Deo aſinam adhibitã eſſe. *Tobiæ* autẽ triumpho optimè cõgruit: nam tardè admodum procedit aſinus: Tardè admodum procedit Triumphus.

Tobiæ,

Tobiæ, nam multa, imo plurima ipſum mala experiri, oppugnare, expu- *Tobiæ capp. 1. 2. & 3.*
gnare ante Triumphũ oportuit, ſolum videlicet vertere, iacturam bonorum ſuorum perpeti omnium, etiã receptas iterum amittere: etiam viſum perdere, & cæcitate q.eneccari. Vides quantæ contra ipſum productæ ſint copiæ, quas, quamque graues ſuſtinuerit impreſſiones, & quàm acerbos *Ouid. de Ponto lib. 1. Eleg. 4. Triſt. lib. 1. Eleg. 4. Idem lib. 8. Metamorp. de Dædal. ibi. Dædalus interea.*
ictus exceperit ante victoriam ac triumphum. Idem plane ipſi contigit, quod P. *Ventidio Baſſo*, qui triumphatus triumphauit, quod PAVCISSIMIS cõtigit. Vide *A. Gell. in Noct. lib. 15. cap. 4. & Diodor. Sicul. lib. 43. Vell. Patercul. & Val. Max. lib. 6. c. 9.* Præclarè ergo nos docet: *Cum Dei nos auxilio deſtitutos hoſtis inuaſerit, duxeritq́ captiuos, nõ deſperemus ſalutem, ſed iterum armemur ad prælium. Poteſt fieri vt vincamus, vbi victi fuerimus, & eodem loco triumphemus, vbi fuimus ante captiui. Hieronym. ſcribit in 34. manſion.* ¶ Magnum exſulij malum, *2. Cor. 5. v. 1. 2. &c.*
quo enim *patriæ ſolum dulcius*, quoq; *maiori cunctos afficit dulcedine*, eo acerbius eſt exſulium. Omnes quidem exſules ſumus in hac terra, & *peregrinamur à Domino*, ſed Natale ſolum plus aliis locis adficit:

Curat nemo vagos, & lædere nemo veretur, *Thyrtai.*
Non exſul curæ dicitur eſſe DEO.

Eſt tamen exſul folium de Trifolio, quod in conſpectu ſuo Deus habet, obſeruat, curat. Vt tam piè quam ſcitè apud nos Germanos dicatur:

Vmb Witwen/Wäyſen/vnd Frembdling/
Iſt es ein ſehr armſelig ding//
Jedoch ſo ſeynd ſie das Kleeblat/
Das Gott allzeit vor Augen hat.

De Aſino, quod *felle careat*, ſcribunt, pulcre Tobiæ hoc conuenit, vt reliqua, *Plin. lib. 11. cap. 37.*
ita etiã paupertatis malũ leniter vt feramus & abſque felle, pro exẽplo eſt:

Sis Aſinus quemcunq; Aſinum ſors aſpera fecit,
Qui placidè ſortem ferre ſcit, ille ſapit.


Quis vero verè pius paupertatis onus nõ æquanimiter ferat, cum ad ſalutis viam parum referat, diuesne quis an pauper ſit; imo pauperes ad cælum ditioribus multo ſint *1. Tim. 6. v. 9.*
expeditiores, nam diuitiæ *laquei* ſunt, quibus irretiti multi in perditionem decidunt. *Diogenes in vit. Philoſophorum.*
Etiam Gentiles ſapientiores ſpretis facultatibus terrenis paupertatẽ elegerunt: *Cratetis Thebani, Biantis, Lucij Valerij, Quintij Cincinnati, Fabritij*, de quibus *Auguſtin. de ciu. Dei lib. 5. c. 18.* *Iri* aliorumque exempla nota ſunt: Eſtq; *Seneca* ſapientiſſ. dictum: *Senec. Epiſt. 80.*
Libera te metu paupertatis: vis ſcire quam nihil in illa mali ſit; compara inter ſe pauperum ac diuitum vultus Sæpius pauper & felicius fidelius q; ridet. Si qua incidit cura, velut nubes tranſit. Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta eſt, grauis eſt, ſuppurata eſt, &c. vide quæſo locum. Eo a: corporalis paupertas felicior, ſi *ſpiritualis* illa acceſſerit, & *opulentia fidei.* *Matth. 5. v. 3. Iacob. 2. v. 5. Carus Poëta l. 5. de nat. rer.*

Quod ſi quis vera vitam ratione gubernet
Diuitia grandes homini ſunt, viuere parcè
Æquo animo. Neq; enim eſt vnquam penuria parui.
Summa quies, nil velle, ſuper quam poſtulet vſus,
Debitus; vt ſimplex alimonia, veſtis & vna
Infirmos tegat, ac recreet mediocriter artus, &c.

Prudent. Chriſtian. Poet. in Pſychom. Pſal. 37. v. 16. Pſal 55. v. 23. 1. Cor. 10 v. 13. Pſal. 34. v. 20. Cæſar. Arelat. Hom. 8. Ambroſ. cit. cauſ. 5. q. 5. c. 8.

Bonum eſt, parum cuiq; iuſto, plus quam copia improborũ multis. Deniq; *non dat Dominus in æternum fluctuationẽ*, ſed ἔκβασιν *& glorioſam victoriã. Multæ tribulationes iuſtorum, ſed ex omnibus liberat eos Dominus. Non oſculatur ſemper pater filium, ſed aliquando caſtigat; Quando autẽ caſtigatur qui diligitur, tũc circa eũ pietas exercetur, quoniam victoria poſt victoriã datur, & laus, honor, gloriaq; manet æterna.*

COELESTIA PVLCRA.



Vtq; Elephas, ſic et Stephanas per ſaxa, per hoſtes, Tergit ouans animo: ſpe ſua damna leuat:	Pro rabida turba quoq; verba precantia dicit, Commendans hoſtes, ſe, ſua cuncta DEO.
Stephanus, wie ein Elephand, Tritt hertzhafftig durchs feindes hand:	Bitt fur ſein feind in todes noth, Befiehlt ſein Seel dem trewen Gott.
Comme fait l'Elephant, ainſi à fait Eſtienne Triomphant, courageux, autant de la mort ſienne,	Que des meurtriers rebelles, pour deſquels emporter Victoire, Chriſt il prie les vouloir ſupporter.

** Auguſtin. id nominis tribuit in lib. 22 de ciu. c. 8.*

Petrus Bemb.

Vide Niceph. lib. 1. c. 6.

Bedá in 7. c. Act.

Gregor. Nyſſ. de Stephan.

Plin. Natur. Hiſtor. Lib. 7. cap. 43.

DE conſtantia & alacritate *Stephani* * *Martyrũ* CHRISTI *Primicerij*, atq; adeo de meritiſſimo triumpho canit Chriſtianus noſter Poëta:

Ibat ouans animis, & ſpe ſua damna leuabat.

Quo autem maior fuit alacritas, eo glorioſior eſt triumphus, eo dignius non alio in animali quam in ELEPHANTE triumphat. Tradunt hiſtoriæ, hanc gloriam deferri ſibi petiiſſe *Pompeium Magnum*, vt rhedam ſuam triumphalem traherent *Elephanti*, ſed denegatum tum ipſi fuit, cum propter alia, tum ꝙ anguſtia portæ triumphalis non caperet. Quod *Pompeio* conceſſum non eſt, id obtinuit primus & rariſſimo exemplo eoq; cum maiore honore *L. Metellus, Pontifex, bis Conſul, Dictator, Magiſter Equitum, Quinde-*

cimvir

cimvir agris dandis. Splendidiſſim⁹ igitur triumphus tuus eſt, ô *Stephane* inuictiſſime, quare etiã miro & omni humano ingenio incomprehenſibili, inenarrabili, imperſcrutabili modo datum tibi eſt priuilegio ſingulariſſimo, vt in terra ſtans viſus acie plus quàm humana *Chriſtum* ad dextram *Dei ſtantem*, [h.e. pro Eccleſia ſua depugnantẽ] videres! de *Stephano Aratus*: *Actor.7.v.50* *Arat.in Act. Apoſtol. metrificans.*

Vera loquens ſubiit CONSTANTI *pectore mortem,*

Expreſſitq́ ſui dogmata vera DEI.

Alius itidẽ Poëta Chriſtianus magis accommode in noſtrã ſentẽtiam loquitur: *Fortunatus Epiſcopus Pictauienſis Carm. varior.*

Fundatus Virtute DEI *de morte triumphat,*

Excepit lapides cui petra CHRISTVS *erat.*

Quiſquis igitur ſplendide de hoſtibus ſuis triumphare cupit, alacriter agat: conſtantia ac lætitia ipſi martyrio addet plurimum. *Alacriter patiendum.* *Dicentem de patre ſuo & de matre ſua non reſpicio eum, qui fratres ſuos non agnoſcit, & filios ſuos non recognoſcit, qui obſeruant ſermonem tuum, & fœdus tuum cuſtodiunt: illi docebunt iudicia Dei Iacobum, & Legem ſuam Iſraëlem, illi apponunt ſuffitum ante faciem Dei, &c.* *Deut.33.v.9.* *ibid.v.10.* *Odio habendus genitor, præponendus creator. Licet ſparſo crine & ſciſſis veſtibus, hubera quibus te nutrierat, mater oſtendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus eſt in hac parte eſſe crudelem. Qui animam ſuam ipſius, vitamq́ propriam, venalem non habet propter Chriſtum, aut quidquam præter Chriſtum amat, aut reſpicit, ad hunc triumphum dignus eſt*, minimè, minimè: Omnia, omnia ſordeant, præ Chriſto. *Luc.14.v.26.* *Hieronym. in Epiſt. ad Heliodor.* *Ioh.12.v.25.* *Luc.9. v.62.* *Crux, mors, inferi, vita Chriſtianorum ſunt*, ſpe nimirum, reſurrectionis, & recuperandæ melioris VITÆ. *Hilar. de Trinit. lib.3.c.4.* *SPES Reſurrectionis.* Quemadmodum *Polycarpus Ep. Smirræ*, cum ſenex octogenarius & amplius in mediis flammis ſtaret, cano totus capite & panſis ad ſydera palmis: *Domine*, inquit, *Ieſu Chriſte, gratias ago tibi, quod me hac die & hora dignatus es, vt partem accipiam in numero Martyrum, in poculo* CHRISTI, *ad reſurrectionem vitæ æternæ*, &c. *Laudo te, benedico Te, glorifico Te, &c. Obſecro* TE, *fac me ſocium reſurrectionis honorum.* *Euſebius lib.4.c.15.* *Funcc. in Chronol. f.99.* Sed præcedere hunc debebat *Ignatius*, qui eadem alacritate non ſubiit tantum ſuum Triumphum, ſed etiã exſpectauit, ſed etiam deſiderauit, imo implorauit: ſic enim ille in Epiſt. ad Romanos. *Ex Euſebio lib 3. & Irenæ. lib.5* *Refert Hieronym. de vir. illuſtrib. in Ignat. & Ignat. ipſe Epiſt. ad Rom.* *Vtinam fruar beſtiis quæ mihi ſunt præparatæ, quas & ore mihi veloces eſſe ad interitum, & allici ad comedendum me. Quod ſi venire noluerint,* EGO VIM FACIAM, *vt deuoret. Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de his quæ videntur deſiderans, vt Chriſtum inueniam. Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant, tantum vt Chriſto fruar!* ô verè Elephantinum pectus! De *Babyla, Vincentio*, & aliis innumeris ſuperſedeo. *CHARITAS Stephani inter nimbos lapidum.* Dignus eras, STEPHANE de cuius triumpho de lapidatorib. peculiari, PRO QVIBVS etiã orabas, plura vt dicerentur, ſed multa deficiunt. Rectiſſime id notauit *Auguſtinus. Adeſt*, inquit, *in Stephano non tantũ ſpiritus Fortitudinis ſed etiã dilectionis, ſcilicet, omnia in Charitate fieri debebant, quod Stephanus obſeruat in morte, nos ne in vita.* *Auguſtin. tract.6. in Iohan.* *1.Cor.16.v.14*

TRI-

TRIVMPHAT A LIGNO DEVS.



Chriſtus morigerum Patri, Patris vnica proles	*Deuicit Satanam, peccatum, tartara, mundum:*
Ad diram ſemet præbuit vſq; Crucem:	*Hinc Dominus rerum regnat in arce poli.*
Chriſtus Der wahre Gottes Sohn	*Ward Ihm ghorſam Zus Creutzes Todt;*
Verlies ſeins Vatters freũden-Thron,	*Halff vns damit aus aller noth.*
Chriſt de Dieu fils vnique au Pere obeiſſant	*Vainquit Satan, la mort, peche, l'enfer, le monde:*
Iuſqu'à la mort cruelle fut, et en ce faiſant	*Partant ſe ploye à luy genouil pur et immonde.*

TRIVMphus D. N. I. C. IESVS CHRISTVS, DEVS HOMO, GIGAS VTRIVSQVE SVBSTANTIÆ, VICTOR, TRIVMPHATOR, SOSPITATOR, SOTER, VICTOR Mundi & Inferorũ, *Coloſſ. 2. v. 15.* Ἀπεκδυσάμενος τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν ἐν Παῤῥησίᾳ, Θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. *Triumphauit à Ligno. Triumphauit* ἐν ἀναστάσει: *Triumphauit* διὰ Ἀναβάσεως εἰς οὐρανὸν, cuius triumphũ *Circumſtantiæ triumphorum veterũ.* ſi ad circumſtantias veteris Triumphi examinabis, quadrabunt omnia. *Valer. Max. §. de Iur. Triumphi.* I. Victor meruiſſe oportebat Triumphum; meruit certe D.N.I.C. cruenta ſtrage edita in Diabolum, Mundum, & totum Inferorum exercitum, *Chriſtus caput contriuit. Geneſ. 3. v, 16,* quos non fudit aut profligauit, ſed prorſus ad vnum omnes ad internecionem cæcidit. II. A loco commiſſæ pugnæ non ſtatim recedebat VICTOR,

CTOR, ſed per triduum exſpectans, ſi recollectis viribus ab hoſte rurſus inuaderetur: Chriſtus à victoriæ loco obtentæ non diſcedens, *per integros* XL. *dies cum diſcipulis poſt reſurrectionem in his terris conuerſatus* eſt, colloquens eiſcū de regno Dei. III. A Senatu decerni Triumphū oportebat. Et *Chriſti* decretus eſt iam inde à temporibus ſecularibus, ſicut prædictum, ſicut præfiguratum. Tantum hic *Chriſti Ieſu* Triumphus eo certior, quo minus Decretū Sacroſanctæ Triados, aut interuerti aut impediri, aut deniq; etiā mutari poteſt. IV. * Obuiam procedens è ſacrario Capitolino Senatus triumphantem verbis, quæ concipi poterant, ornatiſſimis excipiebant: etiam SS. Trinitas triumphantem, inprimis PATER principium AGENDI excipit verbis conceptis per Dauidem, dictatis per *Spiritum ſanctum*, ὁ πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum ſuorum. Dominare in medio inimicorum tuorum*, &c. V. Præcedebant currum triumphalem hoſtes deuicti, triumphati, catenis colla circum onerati micantibus ſpoliis, prælatisq; picturis res geſtas continentibus: Peccatum, mors, Sathanas, Tartara ad eundem modum trahuntur à Chriſto. Sed hîc cumprimis notandum, *Iugurtha Rex* cum antea paterna fronte tam eſſet formidabilis, vt ſuſtineri non poſſet, triumphati tamen ita euiluit maieſtas, vt etiam à pueris puelliſq; luto peteretur: Nimirum Satanæ ante Chriſti paſſionem, omnibusque formidabilis auctoritas, per paſſionem, deſcenſum & reſurrectionem Chriſti ita euiluit, vt ab omnib⁹ fidelibus nunc impetatur: *Vbi eſt aculeus tuus, ô mors! vbi victoria tua, ô inferne?* VI. Stiparunt * ἐπινίκια cantantes, &c. Hîc *Angeli, currus Dei millia mille, nempe Angelorum, quorum* λειτουργία, ψαλμῳδία, ait *Tertull.* VII. Offerebantur victimæ, gratiæ agebantur: Chriſtus *per proprium ſanguinem ingreſſus, æternam redemptionem inuenit.* VIII. Sedebant ſimul in eadem rheda liberi, virtutis paternæ non ſpectatores tantum, ſed & æmuli: Et nos (*Fideles*) vicimus, reſurreximus, aſcendimus cum CHRISTO, συγκοινωνοὶ gloriæ, vtinam & virtutis actiue. Vicit *Soter noſter* per paſſionem & gloriam, ſic & nos diſcipuli Domini cluemus patientia, & paſſionibus. *Quare noli* (vt cum Auguſtin. concludamus) *noli mirari, frater, ſi, poſtquam Chriſtianus effectus es, mille te vndique tribulationes vexant: Quoniam Chriſtus noſtræ religionis caput eſt, noſq; eius membra ſumus. Vita enim Chriſti reſperſa eſt anguſtiis plurimis, ſumma paupertate circumdata: Vnde coniectura eſt, quum te Deus immenſis perſecutionibus corripit, TE in Electorum ſuorum numero ordinaſſe. Nam ſine huiuſmodi tribulationibus ad Deum nequaquam peruenire poſſumus, ſicut dicit Dominus: Qui vicerit, ei ego dabo ſedere mecum in throno meo* (triumphabundo) *ſicut & ego vici & conſidi cum Patre in throno eius.*

Plin. Plutarchus, Valer. — *Actor. 1. v. 3.* — *Plin. Liu. Plutarch. Valer. Vell. Feneſtell. alii.* — *Pſal. 2. v. 7. Actor. 13. v. 33.* — * *Iid. vt ſupr. Varro. &c.* — *Sueton. in Auguſt. Ouid. de Ponto.* — *1. Cor. 2 v. 10.* — *Pſal. 110. v. 1. 2. 3.* — *Iid. vt ſupr. & Cic. in Piſon.* — *Iugurth. Rex Numid. Salluſt. de bello Iugurth.* — *Ex Hoſ. c. 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 54* — * *Iid. Cic in pr. in Piſon.* — *Pſal. 68. v. 18* — *Tertull. an.* — *Hebr. 9. v. 12.* — *Iid.* — *Epheſ. 2. v. 5. Coloſſ. 3. v. 1. 2. 3.* — *Dedit dona* τιμαμαδόματα *Pſal. 68. Epheſ. 4.* — *S. Auguſtin. in Serm. ad Lippium.* — *Emphatice & affectuoſe.* — *Apoc. 3. verſ. vlt.*

SCINDITE CORDA VESTRA.



Ex humili pragnata loco, germanàq; terræ
Proles Aletheia ſcindere corda iubet;
Purgari polluta iubet, non munda lauari,
Diuina impleri vt proſparitate queant.

Die Warheit komt ſchwerlich am tag,
Sobald ſie komt iſt das ihr ſag:
Macht ewre wüſte hertzen rein,
Das euch das Liecht der Gnad drin. ſchein.

La belle Verite hors de la terre germe, Auquel auec Iuſtice regardante des cieux
Le Seigneur Eternel auoit parlé du terme Le Coeur fendroit aux hõmes, les faiſant viure mieux

Reſipiſcentia. DEſumptum eſſe hoc Ἔμβλημα ex Sacri voluminis Ioëlis prophetia, vbi Dominus: *Conuertimini*, inquit, *ad me ex toto animo veſtro. Lacerate corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & reuertimini ad Iehouam Deum veſtrum, quia gratioſus & miſericors eſt, longanimis & amplus benignitate*, &c. Cuiuis diuina nonnihil ſapienti, perſpicuum eſt. Commendat in genere Reſipiſcentiã, ſine qua nec temporalis nec æterna gratia Dei cum gratia obtineri poteſt: Idem ergo dicit, quando dicit: *Conuertimini ex toto animo*: &, *ſcindite corda veſtra*. Ad Dominum enim ſerio conuerti iubet; quod ipſum non tantum in V. Inſtrumenti Codice (vt heîc) Deus ſæpè exquirit: *Conuertimini ad me*; ſed

Ioël.2.v.12.13

Scindenda: conterenda corda: Dolendum ob peccata, ſerio, animitus.

Eſa.45. Ieremia 3. Zach.1

ipſa

ipſa veritas, οὐσιώδης illa Θεοῦ Ἀλήθεια ſuas conciones hoc modo orditur: *AGITE POENITENTIAM.* Nec aliud ſibi volunt Apoſtoli verba: ***Exuite veterem hominem, nouum induentes: Mortificate membra quæ in terris ſunt: Nolite præbere membra veſtra organa iniuſtitiæ atq; peccatis***, ſed iuſtitiæ: & quæ ſunt ſimilia. Vtilis autem eſt reſipiſcentia ſalutaris, cum ad ***auerruncanda mala***, tum ***ad bona acquirenda***: Vtraq; duplicis ſunt generis, vel ***temporalia*** vel ***æterna***. De malis primo loco. Auerruncantur ſalutaris reſipiſcentiæ antidoto mala corporalia, nam, ***Reſipuerit gens illa***, inquit Dominus, ***pœnitebit & me***: ***Ahabi*** etiam hypocritica pœnitentia inhibebat ad tempus iræ diuinæ exſecutionem. ***Mala æterna*** ſalutari reſipiſcentia euitantur. ***Non enim Deus quenquam perire vult, ſed vt conuertatur & viuat***: Et vel interpoſito id iuramento confirmat: ***Viuo ego nolo mortem peccatoris etiam MORIENTIS, ſed vt conuertatur & viuat.*** quod quam verum ſit Hiſt. ***Pauli conuerſi*** declarat, confirmatq; exemplum & ***Hiſtoria Carpi***, & omnium qui reſipiſcentia gehennæ ſupplicium effugerunt. ***De bonis. Corporalia*** certe acquiruntur reſipiſcentia, vt ***Saul*** viſum recuperat reſipiſcens. ***Manaſſes*** liberationem è carcere & reſtitutionē in regnum; ait enim Dominus: ***reſipiſcam & ego***, &c. Sed obſeruandum tamen hîc eſt, remiſſa culpa, donata venia, corporalia tamen bona ſæpe non conſequi, vt in Dauide videre, quoniam Deus meliora, cœleſtia nimirum dare decreuit. Veram autem ac ſeriam reſipiſcentiam æterna bona certo conſequuntur: Nam Dominus ***conuertitur ad reſipiſcentes: miſeretur reſipiſcentium, deponit iniquitates, reijcit potius ſe, non recordatur eorum, abijcit in profundum, miſeretur miſericordia æterna. Quare ne deſperando augeamus peccata, propoſitus enim eſt pœnitentiæ portus: Nec ſperando augeamus, datus eſt enim dies mortis incertus***, inquit † ***Auguſtinus***. Oportet autem reſipiſcentiam eſſe veram, ſeriam, cordialem, vt Dominus ait: * ***Ex animo***. Oportet eſſe ***citam***; quæ non differatur diu: Nam ***quotidie peccamus, quotidie reſipiſcendum eſt***. Oportet eſſe ***durabilem***, non momentaneam, quæ perdurat ſemper: Nam ***tota hominis vita debet eſſe pœnitentia***. Oportet fundari: 1. in ***puraputa gratia*** Dei Opt. 2. in ***merito Domini noſtri Ieſu fide*** ſaluifica. 3. ***Elargiente ſpiritu ſuo***, vt oremus: ***Conuerte me Domine & conuertar***. 4. in ***veraci, ſtabiliq; promiſſione***, vt peccator reſipiſcens verè, & ex animo fideli dicere poſſit: ***Proponit tibi cor meum verbum tuum***.

Denique non oportet eſſe ***Nimis ſeram***, nam ***pœnitentia nimis ſera, raro eſt vera, qui enim in tempore vocanti Deo non audit, Eum Deus nec vocantem iuſto ſuo iudicio audit. Odit Deus procraſtinationem in voce coruina, diligit veram conuerſationem in gemitu columbino.***

Matth. 3. & Marc. 1. &c.
Epheſ. 4. v. 22. 23. 24.
Coloſſ. 3. v. 5.
Rom. 6. v. 12. & cap. 13. v. 11. 12. 13.
Vtilitas reſipiſ. veræ.
Ierem. 18. v. 8.
1. Reg. c. 21. v. vlt.
Ezech. 18. v. 33. & 33. v. 11
2. Pet. 3 v. 9.
Auguſt. cap. 1. de vera & falſa pœnitentia. vide loc. obſeruandiſſ.
Actor. 9. *
Dionyſ. Areopag. in Ep. ad Demophil.
Actor. 9. v. 18
2. Paral. 33. verſ. 12. 13.
Ierem. 18. v. 8
2. Sam. 13. & ſeqq.
Zach. 1. v. 3.
Mich. 7. v. 18 19.
Ezech. 18. v. 22
Eſai. 54. v. 8.
† Auguſtin. Tract. 31. in Iohan.
** Ierem. 29. v. 13. 14.*
Vera reſipiſcentia qualis eſſe debeat?
Ierem. 31. v. 18
Pſal. 27. v. 8.
Beda, Bernardus, Auguſt.

VERITAS IN APRICO, EX INSIDIIS mendacium.



Chriſtus Aletheias idea et amator et autor
Huius Amatores ipſe tuetur, amat.
Chriſtus iſt ſelber die warheit
Vnd gibt ſinns hellen Lichts klarheit
Pourquoy de tes Tenebres, Achab tyran cruel,
Deſcoches tu la fleſche, contre Dieu Eternel!

Sed ſcelerum fabricatores, ut Noctua, lucem
Oderunt: Lux hæc omne revelat opus.
Dem der ſie liebt: wo böſs geſchicht,
Haſst man die warheit ſcheucht das liecht
Si eſt ce que iamais tu ne lui ſcaurois nuire;
Il aime Verité, et te peut bien deſtruire.

VEritas duplex eſt: οὐσιώδης καὶ γενομένη ἡ Ἀρετή. Illa *Dominus noſter Ieſus*
Ioh.14.v.6. *Chriſtus*, ipſo id aſſeuerante; *Ego ſum via, veritas & vita. Hæc eſt affectus per*
» *SS. excitatus in cordibus piorum.* Illa recte & vere Ἀλήθεια, hæc verius ἀλήθευ-
» σις dicitur. *Hæc* cum & *Doctrina* ſit & *vita*, recte definitur, *quod ſit conſtans ani-*
Veritas quid? *mi voluntas & ſtudium per quod, quales ſimus, tum in dictis tum in factis omnibus, &*
nos ipſos & quæ in nobis & quæ circa nos ſunt, ingenue & candide ad Dei gloriam,
conſcientiæq; ſynceritatem conſeruandam, & vita & oratione patefacimus ac mani-
Veritas doctrina. *feſtamus*. De *doctrina* veritate hic præcipue agimus. Doctrinæ veritas omni-


no ſectan-

no ſectanda ac retinenda eſt, cum *prædicatione* tum *auditu*: ad quod requiritur *Examen doctrinarum ac ſententiarum*, vt illæ probentur ad neceſſarium atq; infallibilem *Canonem Sacri Codicis. Ad Legem & Teſtimonium*: ad τὰς γραφὰς, vt praxi mandemus illud *Apoſtolicum*: πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε: Et iſtud *Dominicum* Ἐρευνᾶτε. vbi *Cynoſura ac Lydius lapis eſt verbum Dei*; Hinc mandatum: *Loquimini veritatem*; τὰ λογία Θεοῦ: προφητείαν ἀνάλογον τῇ πίστει. Ad hoc igitur non ſunt exſpectandi ἐνθουσιασμοὶ, ſed præconium verbi audiendum, & *animus noſter vera humilitate muniendus eſt, vt non erubeſcat, quod ignorat, addiſcere. A quocunque enim percipi poteſt veritas, amplectenda eſt.* Verum cum magnus veritatis ſit hoſtis, *conſuetudo* & *commentitia vetuſtas*, magno ſtudio cauendum, ne earum faſcino dementati à vero veritatis tramite nos abduci patiamur, quare etiam paulo pridem monuimus cynoſuram (verbum) ſequendam: *Solus Chriſtus audiri debet*, inquit *Cyprianus*, *Pater enim de cœlo conteſtatur dicens: Hic eſt filius meus dilectus*, ἐν ᾧ εὐδόκησα, *IPSVM AVDITE. Quare, ſi ſolus Chriſtus audiendus eſt non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit, ſed quid prior Chriſtus, qui ante omnes eſt, fecerit. Neque enim hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei VERITATEM. Seruus Legis eſt doctor: Seruus igitur Legis eſt etiam auditor.* Quibuſcunque igitur hoc modo cordi atque curæ eſt veritatem κατέχειν, *eos veritas liberabit*. Nam *in quacunque domo Euangelium eſt*, (id eſt, legitur, obſeruatur, vſui mandatur) *illic Diabolus ingredi non audet* (non habet vim nec poteſtatē) *animam adſiduis lectionibus veritatis familiarem, neq; dæmon neque peccatum attinget.* Attendendi autem & *falſi prophetæ, falſi operarij* & *Pſeudo-Apoſtoli* ex tenebris atque inſidiis iacula ſua vibrantes, ne nos attingant, nam magnum periculum eſt à talibus, vt *hæc Tabella* prudenter condocefacit. *Transfigurat ſe Sathan in Angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Anti-Chriſti ſub vocabulo Chriſti: vt dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur. Hocq; eo magis fit, dum ad veritatis originem non reditur, nec Magiſtri cœleſtis doctrina ſeruatur. Quæ ſi quis conſideret & examinet, tractu longo atq; argumentis opus non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis, compendio veritatis.* Hæc pleraq; ex Patribus.

Eſai. c. 8. v. 20.
Ioh. 5. v. 39.
1. Theſſ. 5. v. 21.
Ioh. 5. v. 39.
Zach. 8. v. 16.
1. Pet. 4. v. 11.
Rom. 12. v. 6.
Cyrill. in Ioh. c. 9. lib. 6. c. 20.
Extr. Diſtinct. 12. q. 6. cap. omnia talia. Item §. illa autem.
Cyprian. lib. 2. Epiſt. 3. ad Cecil.
Similia vide Epiſt. ad Pompeium contra Ep. Stephan.
Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt.
Chryſ. in oper. imp. in Matth. cap. 7.
Ioh. 8. v. 32.
Chryſ. Homil. 3. in Ioh. c. 4.
Matth. 7. v. 15.
2. Cor. 11. v. 13.
Rom. 16. v. 17.
Cyprian. tract. 3. de ſimplicitate prælatorum.
Vide Tertull. lib. de veland. virginib. &c.

S 3 VER-

VERI ADORATORES.



Verus Adorator luſtratus lampade diâ,
Pectore ſincero nouit amare Patrem:
Huic colit aſſiduè, veluti decet, inuocat, aufert
Continuâ gaudens quam prece poſcit opem.

Der wahr anbetter, den der Geiſt
In Gottes Lieb recht underweiſt,
Der ehrt den vatter, rufft ihn an,
Was er begehrt tragt er darvan.

Les vrais Adorateurs adorent ſans crainte
Le Seigneur, en Eſprit et Verite non feinte:
Le Seigneur debonnaire lors les exaucera
De ſon ſainct tabernacle, et tout bien leur fera.

De vera Adoratione. DE diuino ſacrorum voluminum theſauro, & quidem ex ſermone *Domini Saluatoris* ad Samaritidem deſumptum eſſe hoc Ἔμβλημα, cuiq;
Ioh.4.v.22. perito perſpicuum eſt. Ibi enim *Dominus Saluator* inter cætera, *vos adoratis,*
ibid.v.23. in quit, *quod neſcitis: nos adoramus, quod ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu ac veritate. Nam*
ibid.v.24. *& Pater tales quærit. Spiritus enim Deus eſt, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu ac veritate oportet adorare.* Intelligemus igitur, ſi quid *in SPIRITV*, INq; *VERITATE*
Quid ſit, In Spiritu adorare? adorare ſit; IN *SPIRITV* adorare, Primum *toto ſpiritus adfectu* atq; deuotione
Auguſtin. de orand. Deum ad proban. adorare eſt; Nam *oratio ſine deuotione mugitus boum eſt. Vera quippe adoratio, non eſt in verbis oris, ſed in cogitationibus cordis. Valētiores namq; voces apud ſecretiſſimas*

aures

aures Dei non faciunt VERBA noſtra, ſed deſideria. Adeo vt etiã quandoq; adfectus ſpiritus præter verba ſufficiat: quemadmodum non tantum exempla *Moyſis, Hannæ*, aliorumq; oſtendunt, ſed & *Auguſtinus* de fratribus in Eremo Ægypti recenſet. *Clament affectus tui*, inquit *Ambroſius*: Proſunt affectus & deſideria ſine vocibus, ſed non ꝓſunt voces ſine adfectibus ac deſideriis, *quid enim prodeſſet motio labiorũ, ſi cor tuum mutum eſt?* Deinde in ſpiritu adorare eſt *in fide D.N.I.C.* adorare, nihil hæſitare, nihil dubitare, ſed vero ſpiritus adfectu gratiã & opem Dei non tam exſpectare, q̃ fide ac ſpiritu ad ſe rapere: vnde *Ambroſius, clamet fides*, inquit: & *Iacobus* Apoſtolus: *Oret autem Fide, &c.* Certè ſi non aliud quidpiã multo minus preces placere Deo poſſunt, ꝑter fidẽ, quinimo talis adoratio ſine fide cõuertitur in peccatũ. *Hoc modo non oris, ſed ſpiritus atq; cordis auditor Deus eſt*, inquit B. *Fulgentius*. Nititur autẽ fides noſtra gratia ac benignitate diuina: *Ipſe pater amat vos*, ait Chriſtus. Deinde veraci eius promiſſione, tam ꝓlixe in verbo ſuo effuſa: *Verbum tuum*, Dauid infit, *cor meũ proponit tibi.* Inprimis nomine ac merito Chriſti, ꝗ noſtrũ eſt: *Meritũ enim Chriſti meritũ noſtrum eſt, meriti non ſumus inopes, quoad Chriſtus merito eſt diues.* Quare *Gregorius indignũ eum diuina benedictione ꝓnunciat, qui dubio eam quærat adfectu.* Iterũ in ſpiritu adorare eſt, *ſpiritu contrito*, adeoq; in vera ſpiritus humilitate orare, quid.n. impetraret, q ſuperbo motu Deum oratum veniret? tàm [a] *excelſum*; [b] *cinis*; [c] *ſaccus ſtercorum*; [d] *ſeruus peccati*; [e] *filius iræ*; [f] *venundatus ſub peccatũ*; Quare *caue*, inquit D. Ambroſ. *ne te extollas in oratione. Oratio enim humilitatis penetrat nubes. Si te extuleris, cades: ſi te humiliaueris, ipſe appropinquabit. Auguſt. Tract. x. in Ioh.* B. *Auguſtinus*, in ſpiritu orare, interpretatur *in pace Eccleſiæ*, h.e. vera charitate, illibataq; dilectione ex intimo ſpirit⁹ adfectu ꝑfecta orare. *S. Paulus* Apoſt. etiã aliam interpretationẽ adfert, nempe ſpiritu orare, eſſe idem quod *lingua peregrina & oranti ignota orare*, ꝗ plane ἄτοπον eſt facere & præter rationẽ. Nec eſt ꝗ dicas mihi: *Tametſi ego non intelligam, Deus tamen intelligit?* Imo vero: quid, inq̃ ego, tu ex tali precatione ædificaris? An neſcis iſtud *Saluatoris: Scit pater veſter cœleſtis, ꝗ his omnibus indigeatis.* Ergo precibus omnino opus non erat? Sed abſurdius hoc fit, quã vt merito ꝓlixe culpetur. Sic fuit *in ſpiritu:* Addit *Dominus: In veritate.* Nempe excludit Dñs ab adoratione omnia *falſa obiecta: Idola* nimirũ, quæcunq; ea aut fingi aut pingi poſſunt, iccirco ſignificanter admodum dicit: *PATREM.* Deinde excludit & omnẽ ſimulationẽ, *hypocriſin*, fucũ, & quicquid intemeratæ veritati eſt contrariũ; ait enim Sapiens: *Caue ſis, ne religio tua ſit fucata aut hypocritica:* Magna turpitudo iuxta atq; pœna erit, cũ aliquando detracto fuco hypocriſin ipſam nudabit, atq; in apertã lucẽ ponet Deus. *Non opus eſt inflata buccina: Deus clauſum cordis tui cubiculũ introſpicit. Abſit autẽ, vt, quod facere Deũ rogamus oribus ac vocibus noſtris, eũ facere negemus cordibus noſtris.* ¶ *Talis omnino oratio iuſti eſt ἰσχὺς & clauis cœli. Aſcendit precatio, & deſcendit Dei cõmiſeratio. Licet alta ſit terra, altũ cœlũ, audit tamẽ Deus hominis linguã, ſi purã habeat cõſciẽtiã.*

Gregor. Moral. lib. 2. c. 18.
Exod. 34. v. 15.
1. Sam. 1. v. 12 &c.
Auguſtin. lib. de orand. Deum, ad probã.
Ambroſ. de Cain & Habel. c. 8.
Auguſtin. in Pſal. 37.
Id. tract. 102. in Iohan.
Iacob. 1. v. 6.
Heb. 11. v. 6.
Pſal. 109. v. 7.
Rom. 14. verſ. vlt.
Lib. 2. ad Regem Thraſimund.
Ioh 16. v. 26.
Pſal. 27. v. 8.
Auguſt. 102. tract. in Iohan.
Id. in Manual. cap. 22.
Ex Gregor.
a *Pſal. 113. v. 5*
b *Gen. 18. v. 27*
c *Syr. 10. v. 9. 10. 11.*
d *Rom. 6. v. 17*
e *Epheſ. 2 v. 3.*
f *Rom. 7. v. 14*
Ambroſ. de Cain & Habel. cap. 8.
In Præfat. Pſal. 130.
1. Cor. 14. v. 16
Obiect.
Reſp. 1.
2.
Matth. 6. v. 32
In veritate, quid ſit?
1. Cor. 10. v. 14
v. 23.
Syr. 1. v. 36.
ibid v. 39.
Matth. 6. v. 2.
Auguſt. Epiſt. ad Vitalẽ 117.
Iacob. 5. v. 16.
Auguſt. ſerm. 226. de tẽpore.

MVNDE IMMVNDE VALE, SERVAT me CHRISTVS JESVS.



Christus Aletheian cunctis proponit emendam Laruati Sophiam fuge ſis, ô prouide, mundi:
Sed pretio vili, ſi prece poſcis, emes. Fiſos decepit decipietq́ ſibi.
Christus beüd D'himliſch warheit ſeÿl. Kauffs vmbs gebett, Du darfſſt kein gelt.
Vmb ein geringes ſlechtes theÿl Hüt dich für falſchen Trüg der Welt.
Ieſus Chriſt nous commande d'achetter Verité. Homme, de ton Argent; Parquoy: le maſqué Monde
A vil prix il l'expoſe, n'ayant neceſſité, Laiſſe, va au Seigneur, et ſur luy ſeul te fonde.

Deſiderabilia huius ani. — ** q.d. Deſeramne ego te, voluptas melliti ſſima!* — *† vt Apoſtolus Rom.7.v.22.* — *Quæ ſint Parentes?* — ** Gen.12.v.1. & ſeq.*

QVantopere *deſiderabilia* huius mundi hominem Chriſtianum à vera ac ſolida pietate, adeoq; etiam à vita Beata-æterna retrahant, liquido oſtendit hic homo, qui quidẽ à CHRISTO, VERITATE trahitur ad pulcritudinem cœleſtiũ, ipſe vero ſemper * *reſpectat ad mundũ.* † *Secundum ſpiritum* quidẽ delectatur cœleſtibus, corporis tamen ſemper reſpicit oculis. Sunt autẽ deſiderabilia mundi multa. Inter prima ſunt; *Parẽtes, fratres, ſorores, domeſtici, & cognatio*; Id vero oſtẽdit Dominus, cum tam multis tamq; exquiſitis verbis Abrahamo iubet, vt * *exeat,* &c. Quando itidẽ Pſaltes ait: *AVDI*

Filia

Filia AVIDE, & inclina aurem tuam, obliuiſcereq́ populi tui & domus tuæ paterna. Nec abs re, per çorporales.n.noſtros parentes, quãtum ad carnalẽ proſeminationem, obnoxij ſumus, iræ, maledictioni, peccato deniq; ac morti. Quare Dominus Saluator, *odio habere patrem ac matrem iubet:* adeoq; *indignũ SE, eum dicit, q amore ſibi patrem, matrem, &c.* præferat. Sed hac de re nos ſuprà aliquid dixiſſe memoramus. Deſiderabilium mundi rerũ etiam PATRIA eſt, & *ſolũ natale*, quod q̃ pauci propter Chriſtũ ęquanimiter vertant, experientia docet. Ibi multi reſpectant cum *vxore Lothi*, dicuntq; cũ vano atque prophano Poëta:

Quid facerem? blando patriæ retinebar amore;
Aſpicerem Patriæ dulce repente ſolum!
Quantum erat ô magni perituræ parcere Diui!
Vt ſaltem patria contumularer humo!

Sed facile ſolari hoc deſiderium poteramus, reminiſcentes, quod exſules hîc ſimus omnes, & eo arctius deſiderare patriã cœlum,

——*longumq́ pereſi*
Exſilium, tactiq́ loci cœleſtis amore
Carcere nunc clauſi terras ſpernamus & vndas
Migremusq́ ibi, vbi cœlum patet. Et iterum:
Felices animæ quibus hæc cognoſcere primum,
Inq́ domos ſuperas ſcandere cura fuit.

Deſiderabilium primum coniugatis *coniux* eſt: ſed nec hic amori Chriſti præponendus, ſed poſtponendus, vt *Chriſtus Matth.* 10. *v.* 38. quod ſuper tẽpore ſeculi elapſi fecit glorioſus Chriſti cõfeſſor, Princeps Italus Marchio de Vico *Galeatius Caracciolus*, cuius hiſtoriam nemo cordatus ſine ſtupore ſineq; piis lacrymis leget. Inter deſiderabilia huius æui referuntur etiam *opes ac diuitiæ* ſeculares, quibus multi ita capiũtur, vt cœlũ propterea amittant, dicentes cum *Demade: Ita curanda eſſe cœleſtia, vt non amittamus terrena.* Hi nec digni Chriſto ſunt, nec parati aptive ad regnum cœlorum. De his conqueritur etiã *Cyprian. Diſſimulanda veritas non eſt. Multos decepit patrimonÿ ſui cæcus amor. Nec ad recedendũ parati aut expediti eſſe potuerunt, quos facultates ſuæ velut compedes ligauerunt,* &c. *Demas amat mundum.* Sed non minus ſtultè quã impie hi faciunt, cum pro theſauro, eligunt carbones; pro auro, lutum; ꝓ ſimilagineis, quiſquilias; pro Chriſto, Satanam; deniq; pro æterna gloria atq; felicitate, æternũ exitium atq; damnationẽ. Nautarum ſaltem prudẽtia hi tales corrigerentur, q cum vel ſubmergendæ nauis, vel aliud, periculũ impendere vident, etiã pretioſiſſimas potius merces eiiciunt, vt releuetur nauis, q̃ ſe vnà cum naui mergi ſuſtineant: Paulus tale periculũ immінere omnibus ait, qui inhiant opibus huius ſeculi. Vtinã igitur in tempore reſipiſcerem⁹, & miſſis terrenis ad cœleſtia adſpiraremus! Sunt & alia huius mundi deſiderabilia, q̃ æternũ hominẽ peſſumire cogunt, qualia ſunt *voluptates carnis, comeſſationes, cõpotationes, libidines, luxuria, gula,* & ſimilia. Sed fortiter his renunciandũ, imo *ſibi ipſi*, vt VERITAS inquit, ne ſuffocent nos ad æternã damnationẽ. *Tunc.n. incipimus Chriſti eſſe diſcipuli, cũ nihil, de his, quæ videntur, deſideramus, vt Ieſum Chriſtũ inueniamus.*

AVIDE. *Pſal.* 45. *v.* 11 *Deut.* 33. *v.* 9. 10. *Pſal.* 51 *v.* 7. *Luc.* 14. *v.* 26 *i.e. Dei amori longe poſtponere.* *Matth.* 10. *v.* 38. *PATRIA.* *Gen.* 19. *v.* 26. *Ouid lib.* Triſtiũ. 1. *Eleg.* 1. *Eod. lib.* 3. *Eleg.* 8. *Eod. lib.* 3. *Eleg.* 3. *Pſal.* 39. *v.* 13. *Hebr.* 13. *v.* 14 *Emit. Ouid. in lib.* 8. *Metam. fabula* 5. *Idem in lib.* 1. *Faſtor.* *Demades Orator Athenienſ. apud Plutarch. ref. Eraſm. in Apophthegm.* *Luc.* 9. *v. vlt.* *Cyprian. lib. de lapſ. quint.* 2. *Tim.* 4. *v.* 10 " *Prodigo illi* " *ſimil. Luc.* " 15. " *Simil. ad-* " *commod.* 1. *Tim.* 6. *v.* 9. 10. *Vide Auguſt. Tract. XII. in Iohan.* *Luc.* 9. *v.* 23. *Ignat. diſt. ex Hieronym.*

T PO-

POTIOR EST VERITAS.



Non eadem eſt, nec erit variorum forma volucrũ
Sed ſociabuntur quos color vnus habet.
Wiegleich vnd gleich ſich gern geſelt,
Einerleij farb zuſamen hält:
Comme en ce monde on voit, que nature treſſorte
Conjoint communement les choſes d'vne ſorte:

Sic et Aletheia coeleſtis honore Coronæ
Aſſeclas decorat diſcipulósq; ſuos.
So thut die Warheit auch zu letzt
Ihr Diener ſie zu ehren ſetzt.
Pareillement couronne ceux la, la Verité,
Qui Verité maintienent à perpetuité.

HOmini Chriſtiano operanti veritatẽm, duo heîc tribuuntur, quibus renunciet, imo quæ odio habeat, inſectetur, confodiat: *Mendaciũ*, ſcilicet, & *amor cæcus*. *Mendacium* quam probroſum, & infame eſt in ciuili conuerſatione, tam pernicioſum & exitiale eſt in negotiis religionis. Euripides ait: *Ἀκόλαστον ἔχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.*

Vide Iohan. Stobæum. Serm. 60. Dana. lib. 3. Eth. Chriſtian. Plato lib. 2. de Repub. Seneca.

Mendaces merito exoſi & infames ſunt, quoniã per hos ſi ſtaret, tota Reſpublica & communitas peſſum iret. Verum enim mendacium eſt, *quod vel in contumeliam Dei, vel in damnum vel in contumeliam proximi fit & committitur,* quod aperte damnat hoc Emblema: *Illud eſt*, de quo Plato: Τὸ μὲν τῷ ὄντι

ψεῦδος

ψεῦδος οὐ μόνον ὑπὸ Θεῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀνθρώπων μισεῖται. *Vbi non pudor nec* *Syr.5.v.15.*
cura iuris,ſanctitas,pietas,fides,ibi inſtabile regnum eſt. Hæc autem omnia exclu-
dit mendacium. *Furi quidem ineſt,laborioſa turpitudo; ſed mendaci condemnatio* *Idē c.20.v.25*
peſſima. Turpitudo magna eſt in homine,mendacium, & in rudium ore aſsidue verſa- *ibid.v.26.*
tur. Tolerabilior eſt fur,quàm mendax adſiduus; vtrique vero perditionis hæreditatem
conſequentur. Mores hominis mendacis ſunt ignominioſi, & pudor eius comitatur i- *ibid.v.27.*
pſum adſidue. Mendaces in foro luunt pœnam rei,quã hîc laturus erat con- *Mendacium*
uictus. Tales optimus ille Imp. reddebat infames,ſi probaſſent aliquate- *pœna in foro.*
nus non probantes,aut membris mutilabat,aut cædebat. *Æl.Lamprid.in A-* *vt ſupr.*
lexand.Seuer. Os porci eſt mendax,quod ſemper in ſtercore hæret:& ſicut *Bonauent.in diat.Salut.*
canis eſt in macello,qui ſemper habet os cruentum. Cæterum turpitudo *cap.19.*
mendacij eo magis eluceſcit,ꝙ præter Sathanam vnum ac ſolum,non ha- *Simill.* *Ioh.c.8.v.44*
bet authorem,aſſeuerante ipſo *Domino Saluatore:* ſaltem monetæ ſimile cõ-
ſideretur,vna moneta bona, mille falſis præualet,quidni igitur vnus ho- *Simil.*
mo verax,centum ψευδόλοις & mendacibus, *qui etiam,ꝙ verum dicunt,men-* *Sap.1.v.11.*
tiuntur. Non dicam,ꝙ *os mentiens occidit animam:* Et Deus iuſtus vindex per- *Pſal.5.v.7.*
dit omnes qui loquuntur mendaciũ. Quare ſummatim comprehendens
Auguſtin. ait: *Mendaciorũ genera multa ſunt,quæ quidem omnia vniuerſaliter odiſſe* *Auguſt. de*
debemus. Nullũ enim mendacium eſt,ꝙ non ſit contrarium veritati. Nam ſicut lux & *mendac.ad conſent.cap.8*
tenebræ pietas & impietas,iuſtitia & iniquitas,peccatum & recte factum,ſanitas & Ἀλήθεια
imbecillitas,vita & mors:Ita inter ſe ſunt veritas mendaciumq; contraria. Vnde quãto πάντων ἀ-
amamus iſtam,tanto illud odiſſe debemus. A doctrina autem religionis omnia penitus γαθῶν Θεῷ
ac primitus mendacia remouenda ſunt. Fracta enim vel leuiter diminuta veritatis Au- ἡγεῖται. *Idem lib.eod.*
thoritate,omnia dubia remanebunt. Quæ niſi vera credantur, certa eſſe non poſſunt. *cap.10.*
Mendacium omnis hominis cordati atq; Chriſtiani lingua ignoret,tantusque in vno- *Hieron. Oper. Tom.1. Epiſt.*
quoq; veri ſit amor,vt quicquid dixerat,iuratum putet. Solon rectiſſime vt eſt apud *ad Calant.de*
Diogen.Laërt. Καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστότερον ἔχε: vt quicquid dicas,facias- *rationepie viuendi.*
ve,à mendacio ſit quam longiſſime alienum. Epænetus ἀποφθέγματος *Diog.Laërt.*
τύπῳ, *Mendaces,* dicebat, *omnium ſcelerum & iniuriarum authores eſſe*: quod in *in vit.Solon.*
negotio religionis ante omnia verum eſt. Apud *Perſas* & *Indos* mendacium *Plutarch.& ex eo Eraſm.*
tanti criminis erat,vt mendaces nullo honore aut Magiſtratu digni habe- *in Epanet.*
rentur. Etiamnum huiuſmodi Carcinomata apud bene-conſtitutas com- *Alex.ab Alexand. lib.6.*
munitates vitantur. De *Cæco Amore* ſupra aliquoties diximus,vt hîc actum *cap.10.*
agere ſit,plurima adijcere: Fertur hîc amor,aut in Fortunas ac opes huius *Cæcus Amor.*
æui? ſed quanta ſtultitia in tam vanis ac caducis fundari? Amori Dei amor
opum non erat præponendus. Fertur in libidines,at damnoſus eſt animæ, *Hieron. in 18.*
vt Petrus ait,in æternum,& hic cruciat, nam *vires in libidine deficiunt,ſed non* *c.Matth.* *1.Pet.2.v.11.*
amor cæcus. Fertur in gulam,ſed talis homo ſe longiſſime infra bruta & be- *Vt Hieron.in*
ſtias abijcit; Dicam verbo: Quicquid ſit: Homine Chriſtiano & pio & mẽ- *Oſea.c.4.*
dacium & amor cæcus,omnia omnino indigniſſima ſunt.

VERITAS LIBERABIT NOS.



Si miſer es captus peccato, dæmone, morte,
Si tanquam laqueo te Caro praua tenet,
Flam̃anti gladio quæ vincula nexa ſecabit,
Fortis Aletheias transfuga castra pete.

Biſtu vom fleiſch Deüfel, Todt, Sünden,
Gleichſam gefangen vnd gebunden,
Lug vnd verfüg dich zur warheit,
Die dich von ſolchem Strick mach queit.

Si ſurpris tu te troues dans les laqs de Peché,
De la Mort, et du Diable, et de Chair empeſché,
Va t'en vers Verité qui te rendra deliure,
De ſon glaiue tes laqs bruſlant te fera viure.

2.Tim 2 v.26 PAVLVS Gentium Doctor de improbis ait: *Diaboli laqueis eos captiuos teneri ad propriam ſuam voluntatem.* Quod de improbis *pertinacia*, hoc de omnibus omnino hominibus verum eſt *natura.* Imo etiam in electis hærẽt retia Satanæ, quib. in curſu fidei ac pietatis retrahuntur, vt à recto calle ſæpiuſ-
Pſal 91.v.3. cule, irretiti ac retracti, deflectant. Eſt.n. lethalis ille *venator*, qui vbiq; retia
In Soliloq.c. ſua ponit, vt deducit alicubi *Auguſtinus*: *Inimicus vt occidat ſemper vigilat ſine*
16. *ſomno. Ecce tetendit ante pedes tuos laqueos infinitos, & omnes vias noſtras variis impleuit decipulis, ad capiendas animas noſtras. Laqueos poſuit in diuitiis, laqueos poſuit in paupertate. Laqueos tetendit in cibo, in potu, in voluptate, in ſomno, & in vigilia, la-*
Luc.21.v.35. *queos poſuit in verbo & opere, & in omni via noſtra. Dominus Saluator* Luc.21. itidẽ oſtendit,

oſtendit,vt & Salomon,adobrui homines *vt laqueis*. Variis autẽ ac diuerſis homines innectũtur laqueorũ nodis, hunc enim irretitũ tenet *gula*; illum *auaritia*; alterũ *libidine*; alium *inuidia*; & quis omnia nodorum genera fando percenſere poſſit? Eſtq; adeo μυριότεχνος, & ad indolẽ cuiuſuis attentus, vt quẽ non capiat luxuria, illum irretiat auaritia: quem non auaritia, hunc ira & odio innectat: quem non *Venere*, hunc *Baccho* dementet. Quem non res ꝓſperæ opprimant, hunc res ſecũdæ inflent ac deijciant. Quem à dextris non poſſit, à ſiniſtris vincat: & viciſſim. *Noham ebrietate* illaqueauit. *Lothum* decepit *luxuria*, vt & *Samſonem*. *Achan auaritia* expugnauit. *Dauid* res vicit aduerſas, integris ſuccubuit. A dextris ſuperauit, quoi à ſiniſtris nocere non potuit. *Ipſe eſt aduerſarius generis humani, inuentor mortis, radix malitiæ, ſcelerum caput, princeps omniũ vitiorũ, perſuaſor etiam turpiũ voluptatũ.* Ita captiuos nos tenent, Satanas. Captiuos peccatũ. Captiuos mors. Interim captiuos MVNDVS, cum ſuis exemplis, irritamentis atq; illecebris. Veritas venit, vt nos liberaret, & amputatis laqueis, lorisq; in ἐλευθερίαν filiorum Dei vindicaret, ſicut dicitur: *Si vos filius liberauerit, veri liberi eritis.* Liberauit à Satana, *contrito capite* veteris *ſerpentis*, & *deſtructis operibus Sathanæ, principe mundi iudicato, exutis ac triumphatis poteſtatibus Inferorum*, adeoque *ſub pedes noſtros* SATANA. Liberauit à peccato; ipſe *peccatum factus pro nobis, vt nos iuſtitiam Dei faceret coram Deo. Eſt enim Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, cuius ſanguis nos liberat ab omni peccato.* Liberauit nos itidem à morte, mortis pro nobis clauſtrum ſubiens, & vitam incorruptibilitatemque in lucem producens. Denique liberauit etiam à mundo, eumque vicit. Omnibus igitur hoſtibus victis ac triumphatis, omnibus laqueis præſciſſis, omnibus locis diſruptis, poſuit nos in priſtinam libertatem filiorũ Dei, hîc incoandam, iſthic perficiendam, abſoluendam, conſummandam. Interim tamen duo prudenter obſeruanda ſunt. *Primum*, vt ne putemus ita diſrupta eſſe vincula, quaſi nihil laqueorum metuendum amplius ſit; quaſi ita depugnatum, ac ſi pugna planè ceſſauerit, & cantatum receptui. Minime omnium. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus* curſu nobis lampada tradidit abiens ad patrem, & in acie conſtituit, vt ſicubi calcaneum morſurus ſit ſerpens, vt ne dormiamus, ſed *vigilemus, oremus, pugnemus totis viribus*, de victoria nihil vnquam ſolliciti, ſed certiſſimi, *cum timore* tamen *ac tremore ſalutem operari*, ac veritatem ſtudio vnicè habentes. Secundum vt hanc libertatem memineris non εἰς ἀσέλγειαν accepiſſe, ſed *ad libertatem virtutum, bonorumq́ operum, vt in iis ambulemus.* Reſtituto claudo Chriſtus iubet, caueret ſibi deinceps pie ac ſtudioſe à peccato, vt ne quid deterius ipſi accideret. Certè qui ſemel liberatus à peccato & laqueis Satanæ, videat ne recidat in eoſdem, nam omnis recidiua priori morbo multo periculoſior, ſi non plane lethalis eſt.

Eccleſ.9.v.12 *Varij laquei Satanæ.* *Conſul.Auguſtin.lib.2. de ſymb. ad Catechum.c.1* *Gen.9.v.21, ibid.c.19.v.31, v.34.35.* *Iudic.14.15.16.* *Ioſ.c.7.v.1.&c.* *Id.Auguſt.de ſalutarib. document.cap.9* *Ioh.8.v.32.33* *Gen.3.v.15.* *1.Ioh 3.v.8.* *Ioh.14.v.30.* *Coloſſ.2.v.15.* *Rom.16.v.20* *2.Cor.5.v.21.* *Ioh.1.v.29.* *1.Ioh.1.v.7.* *2.Tim.9.v.10* *Ioh.16.v.vlt.* *Rom.8.v.19.&c.* *Ioh.8.v.32.33* *Obſeru.I. Omnibus dictum.* *Luc.22.v.31.* *Matth.26.v.41.* *Luth.dict.* *Philip.2.v.12* *Obſeru.II.* *Iudæ.v.5.* *Tit.3.v.8.* *Epheſ.2.v.10.* *Ioh.5.v.14.* *Recidiua ipſo morbo ſemper periculoſior.*

ABVNDABIT JNIVSTITIA, REFRIGE-ſcet Charitas,



Vanus Hypocriſeos dolus et maledicta Tirannis
Perverſo regimen nunquid in Orbe tenent!
(Tempore, ſi neſcis, poteras didiciſse Magiſtro)
Sanctaq cum ſancto dormit Amore Fides.

Die Falſch betrüglich Heücheleÿ
Samt der verfluchten Tyranneÿ
Verkehrt die Welt (die Zeit lehrts freÿ)
So ſchläfft die Lieb ſamt Glaub und Trew.

D'vn coſté Tirannie tient le Monde à rebours,
De l'autre Hipocriſie eſt preſte à ſon ſecours:
La Foy et Charité dorment mal à leur aiſe,
Le Temps nous fait veoir ceſte ſaiſon mauuaiſe.

MAxima ſunt dilectionis ornamenta, encomia, & vtilitates, & magna apud Chriſtianos contrariorum vitiorũ, liuoris, inuidiæ, iræ, acediæ, & ſimilium infamia. Dilectio ea eſt virtus, q̃ in nouo Inſtrumento reno-
Ioh.15.v.12. uauit Dñs Saluator, & illuſtriſſime reduxit ex veteri: *Nouũ mandatũ*, inquit,
Rom.13.v.8. *do vobis, vt DILIGATIS vos inuicẽ*: In Schola Magiſtri edoctus Apoſtolus: *Ni-*
Ioh.13.v.35. *hil*, ait, *mutuo vobis debeatis, q̃ vt vos inuicem diligatis*. Ea eſt virtus, qua *Diſcipuli Chriſti dignoſcuntur* à mundi cultoribus, vt expreſſe *Soter*: *Inde cognoſcent Diſcipulos vos meos eſſe, ſi in dilectione manſeritis*. Ratio eſt: Fides apprehẽdit Chri-

ſtum,

ſtum, *Ocellus* eſt, qui Chriſtũ intuetur: *Manus* eſt, q̃ Chriſtum apprehendit, *Fides Genetrix Dilectionis.*
Mediũ, quo Chriſto vnico poſſumus potiri: *Ea autẽ per Dilectionem eſt efficax.*
Imo etiam *impletio legis* Chriſti: Et *vinculũ*, quo mutuo colligamur, PERFE- *Galat.5.v.6.*
CTIONIS, *& ſalubre vinculũ mentiũ*. Eſt, vel certe eſſe debet *Moderatrix omniũ* *Rom.13.v.10* *Coloſſ.3.v.14.*
actuum noſtrorum, quæ penes Fidem dulcis nutricula virtutum eſt, & cõſer- *1.Cor.16.v.14*
uatio bonæ conſcientiæ: quam, ſi quis habet, habet etiam cæteras. *Cui non*
vacat omnes ſacras Scripturas euoluere, omnia Scripturarum ſecreta penetrare, omnia *Auguſtin.lib. quem ſcripſ.*
ſermonũ inuolucra euoluere, dilectionẽ ſaltem teneat, ibi pendẽt omnia, ibi tenebit quæ *de Laudibus*
didicit, tenebit & quæ non didicit: quemadmodum SanctiPatres de dilectione *Charitatis.*
ſæpe atq; prolixe rhetoricantur. *Qui dilectionẽ habet*, ait *Origenes*, *profecto intel-* *Origenes Tra-*
ligit omnem Legem & Prophetas, partem aliquã eſſe ex omni ſapientia & ſcientia Dei, *ctat.23. in*
intelligit omnem Legem & omnes Prophetas pendere & adhærere à principio dilectio- *Matth.*
nis Domini Dei & Chriſti. Hoc qui p̃uaricatur, *reus eſt totius Legis*. Et eheu! *Sol* *Iacob.2.v.10.*
vergit ad occaſum, dies inclinauit, longiores factæ ſunt vmbræ: Decreſcẽte vmbra, *Simil.adpoſit.*
decreſcit calor, deferbet æſtus, minuitur ardor. *Finis omnium rerum appetit,* *1.Pet.4.v.7.*
& venit veſpera τȣ́τȣ τȣ̃ αἰῶνος, incidimus in ea tempora, de quibus SO-
TER vaticinatus eſt: *Abundabit iniquitas, & refrigeſcet multorum charitas*, inque *Matth.24.v.*
eorum locum ſuccenduntur acerrimæ furiæ, iræ, liuoris, inuidiæ, tyranni- *12.*
dis & ſimiliũ, vt nõ rudi penicillo adumbraſſe tempora noſtra, Apoſtolus
videatur dicens: *Futuros homines* Α'θέȣς. φιλαύτȣς. φιλαργύρȣς. ἀλάζονας. ἀ-
χαρίστȣς. ἀνοσίȣς. ἀστόργȣς. ἀσπόνδȣς. διαβόλȣς. προπετεῖς. φιληδόνȣς μᾶλλον ἢ
φιλοθέȣς, &c. Viden' inuidiã ſuos quatere ſerpentes? & alienis malis inſul- *Euolut.Emblemat.*
tãtem, bonis detrahentẽ, inuidentemq; ? Viden' dextras ſibi mutuo colli-
gatas, amputatas eſſe, exſangues eſſe, ſenſus expertes eſſe? Nulla fides heîc.
Viden' præcipitẽ iram COR cruento tranſadegiſſe ferro, vt regnet nunc il-
lud, ſi vnq̃ alias: *Lenta beneficia, præcipites iræ.* Quin exclamo cum ſanctiſſ. Pa-
tre: *Quid oro te*, inuide, *delectationis præſtat inuidia; quem ſecretis quibuſdã conſciẽ-* *Auguſtin. Epiſt.143. ad*
tiæ vngulis liuor ipſe decerpſit, & alienã felicitatem tormentum ſuum fecit? Quid vero *Demetriad.*
alter ab odio mercedis accipit, niſi horribiles animæ tenebras, & confuſæ mentis horro-
rẽ, qui vultu ſemper animoq; mœrente, voto quo alteri vult nocere, ſeipſum excruciat?
Quid autem iracundo furor ſuus confert, quem leuiſſimis exagitatum ſtimulis conſciẽ-
tiæ, ira ab omni conſilio ac mente deturbat, vt dum iraſcitur, inſanire credatur?

[*Iuſtitiam Domini non facit ira viri.*]

Quare non Græcũ Alphabetũ, ſed orationem Dominicam iratus diceret, *Paul.Diacon.*
antequã in iram prorumperet, nec immemor eſſet illius Domini: *Beati man-* *in Theodoſ.* *Matth.5.v.5.*
ſueti, quoniam hæreditario poſſidebunt terrã. ¶ *O ignis qui ſemper ardet, & nunquã*
extingueris! ô amor, qui ſemper vris, & nunquam tepeſcis! ô incendium, quod ſemper
flagras, & nunq̃ deficis! fac vt ex te concipiam fauillas, & ardeam ipſe: ardeam & non
extinguatur ardor penitus! vrar & non tepeſcam! ne ex ore tuo exſpuar. Flagrem &
non deficiam in finem: Tu enim das, vt ameris; amaris vt poſſidearis, poſſideris vt lætifi-
ces & tenearis.

VITA

VITA ET MORS.



Electos Mundo, verbi dum porrigit hamum,
Saluificante fide Chriſtus ad aſtra trahit:
Gott bringt ſein auſerwehlten all
Durchs wort vnd Glaabins Himmels Saal:
Ainſi le bon Sauueur ayant les ſiens du Monde
Eſleu, les tire à ſoy par Foy qui leur coeur monde

Immerſos Mundo, victiarum dum Obijcit eſcam,
Luxuriente gulâ Dæmon ad antra rapit.
Durch trüglich wollüſt der Deüffel
Rafft die weltkinder in die Höll
Le Malin au contraire amorce les mondains,
Et tant qu'il peut les gaſte par pluſieurs deſirs vains.

*Pſal. 14. v. 3. Rom. 3. v. 9. 10. Eccleſ. 7. v. 21. Iuuenal. Satyr. 13. Prou. 20. v. 9. 1. Ioh. 1. v. 9. Cyprian. lib. de Oper. & Eleemoſyn. Gregor. Nazianz. *Rom. c. 1. 2. 3. &c.*

OMnes demerſi iacemus in altiſſimo PECCATI gurgite ex æquo, *& nemo eſt, qui faciat bonum & non peccet. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, ne vnus quidem.*

Rari quippe boni, numero non ſunt totidem, quot
Thebarum portæ vel diuitis oſtia Nili.

Quis dicere poſſet, purificaui animum meum, mundus ſum à peccato meo. Si diximus nos peccatũ non habere, ſeducimus nos, & veritas non eſt in nobis. Et *quiſquis ſe inculpatũ dixerit, aut ſuperbus aut ſtultus eſt:* Nec *hoc agit vt peccatum non habeat, ſed vt eius veniam ac remiſſionem nõ conſequatur.**Omnes in eodem nos hærere luto, profundoq; Oceano præſens Tabella accuratè demõſtrat. Sed quomodo emerga-

emergamus,aut emergere omnes atq; ſinguli nitamur,hoc opus hic labor eſt. ¶ Pietatis opus quidem nonnulli ſtrenuè faciunt, Chriſtum reſpiciunt,fide hunc intuentur, in eoq; & per eum cupiunt reniti:reliquis aut in ſua perditione pertinaciter permanentibus,aut per illicita media eniti cupientibus.Inprimis autem tria hominum genera non ad Chriſtum;ſed ad malum angelum extendunt manus,porrigentem ipſis pro vitioſis ſuis adfectibus,pabula cupiditatis ſuæ,nempe: *Libidinoſi,guloſi*,& *auari:* quorum priora duo genera ſui adfectus titillant,vt etiam *quæ non licent,dulcius ſuſpicentur*.Poſterius etiam anxium reddat. De prioribus vt diſſeram,melius id non poſſum,quam verbis *Auguſtini:Duo ſunt ex omnibus vitia,quæ maxime homines decipiunt ſui voluptate,* Gula *ſcilicet ac* Libido.*Quæ deponere eo difficilius eſt, & tamen hæc vitia tam moleſta,tamq́; delectatione ſui periculoſa,ita à multis calcari vidimus,vt totam ætatem virgines permanſerint in ſumma abſtinentia,*&c. Hiſce turpiſſimis vitiis optimi tamen nunc ac ſanctiſſimi viri ſuccubuerunt, † *Loth,Dauid,Salomon,alij:*ac de *Vitellio* Imper.mirum non eſt,quod dixerit: *Iucundiores eſſe coitus qui cum periculo habeantur.* De *Dauide* mirum,*viro ſecũdum cor Dei:* Mirum Salomoni accidere potuiſſe,vt *furtiuas biberet aquas*,ſed grauiter *pœnitens* poſtmodum dehortatus eſt, cum ait: *Furtiuæ aquæ ſuaues quidem ſunt,& cibus latebrarum amœnus: ſed ignorat ille expertes vitæ illic eſſe,in profundiſſimo*(vt heic) *ſepulcro*,&c. *Poſtremum* hominum genus exitium ſuum quærit cum magnis laboribus,periculis,ſollicitudinib⁹; anxietatibus,&c. Nam anxiè corradunt, & in aceruum colligunt, laborem ſibi quærendo creantes,nec vtendo tamen laborem iſthunc ſolantes,ſed eodem modo plectuntur,quo *Tantalus* ille,canente *Cornel.Gallo:*

Summa:Exte perditio tua,Iſrael:per me auxilium tibi.Hoſe.cap.13.v.9.

Hieronym.Epiſt de vitand.ſuſpect.contub.

Auguſt.Epiſt.143.ad Demetriad.

† Gen.19. 2.Sam.11. 1.Reg.10.

Philoſtrat.in vit.Apollon.lib.5.cap.10.

1.Sam.16 v.12.

Prou.9.v.vlt.

Hieronym.in 43.c.Ezech.

Prou.9.v.17.

ibid.v.18.

Cornel.Gall.

——Pœna eſt partis incumbere rebus,
Quas cum poſſideas,eſt violare nefas!
Non aliter ſitiens vicinas Tantalus *vndas,*
Captat,& oppoſitis abſtinet ora cibis.

Tantalus typus auarorum.

Sed omnium horum qui ſpreto Chriſto,per quem ad portũ vitæ ac ſalutis extraherentur, vanitatem illecebrarum ſectantur, & hunc *fumum mordacem* captant, finis eſt exitium hic & æterna damnatio,& illo ceſſante aut remittente iſta tamen certo manet, ſicut dicit Apoſtolus: *Scortatores, Adulteros, Inceſtuoſos,* Ἀρσενοκοίτας, *auaros, nullos huiuſmodi regnum* DEI *poſſeſſuros.* Delectus piſcium extractorum in littore eſt, delectum hominum tu DOMINE IESV SALVATOR habebis in littore iudicij tui.

Fumus mordax quis?

1.Cor.6.v.9.10.

Matth.13.v.48.

Eja;veni Domine,Fiat,Fiat.

SAPIENTIA CHRISTI STVLTITIA Mundi.



Pluris Erit Terris Ruituris Vita Superna;
Terris Rellictis Alta Petenda Petam.
Der Man iſt weis vnd wolgelehrt
Der ſein Gedanckn Zum Himmel kehrt:
Tu veois ici, Lecteur, ce que fait la Sageſſe,
Elle monſtre de Dieu la Crainte à la Ieuneſſe:

Stultum eſt in terris ſtabilem ſibi quærere ſedem,
In Coelis Patria eſt: Præmia Tempus Habet.
Ihm Himmel iſts recht Vatter Land:
Den Narzn verführt der werlet ſtand.
Mais Folie au contraire ſ'àddonne à vanité
L'une mene a Ruine, l'autre à Felicité.

OPPOSITA. Diſtinctio Sapientia. DIſtinctas aliquot deinceps habebimus Oppoſitiones, in quibus virtutes & vitia, lux & tenebræ, cœlum q. & inferi opponẽtur. Et hoc quidem in Emblemate opponũtur *Sapientia* atq; *Stultitia*. Nihil hic diſtinguimus. Nihil enim hîc nobis eſt cum *mundana, carnali*, quæ & *diabolica*, Sapientia, quæ μωρία verius eſt coram Deo damnabilis, ſed de ſapientia *vera* ac *cœleſti*. Non autem *ſubſtantiali* illa, ſed *creata*. Caput eius ſapientiæ eſt *Agnitio Dei & Chriſti*, in qua conſiſtit vita æterna, ſicut dicitur ab ipſa VERITATE: *Hæc eſt vita æterna*, (& ſalus animarum) *vt agnoſcant te ſolum verum Deum, & quem*

Iob.5.v.13. Syr.19.v.19. Iacob.3.v.15. Ierem.9.v.24 25. Ioh.17.v.3.

& quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Hæc ſapientia eſt radix vitæ atq; gloriæ. Cõparatur *Sap.15.v.3.*
autem ex *libro Naturæ* & *Gratiæ. Liber Naturæ* eſt totum hoc vniuerſum, opus *Media conſcendendæ Sa-*
certe diuina ſapientia dignum, ex quo *inuiſibilia Dei eluceſcunt. Liber Gratiæ* *pientiæ.*
eſt S.Scriptura, atque adeo etiam comparatur hæc ſapientia cumprimis
Verbo Dei, quare etiam Ἔμβλημα noſtrum: *Fons ſapientiæ*, inquit, *verbum Dei*;
ꝙ pie conſiderandum proponit populo ſuo Deus in Deuteron. his verbis: *Deut.4.v.5.*
Hæc (nempe gratioſa & glorioſa manifeſtatio Dei in illo populo per verbũ *6. & per tot.*
ac miracula) *erit ſapientia & prudentia veſtra ante oculos populorum: qui audientes* *cap.*
omnia ſtatuta iſta, &c. Proximum ſapientiæ caput eſt per agnitionem Dei ac
Mediatoris *Domini noſtri IESV CHRISTI*, per verbum Deum timere, dilige-
re, reuereri, atq; omni in ipſum fiducia recũbere. Nam *Timor Domini initiũ* *Syrach.cap.1.*
atq; caput ſapientiæ, inquit *Sapiens. Radix ſapientiæ eſt reuereri Dominum, & rami*
eius ſunt longæuitatis. Hæc qui audit, & facit, ait SOTER, *comparo eum ſapienti viro,* *Matth.7.v.*
qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, &c. Salomon etiam pro ſumma Sa- *24.*
pientia reputat *Patientiam. Sapiens*, qui ſua ſorte eſt contentus, eamque ſcit *Prou.19.v.11.*
leniter ferre, & fide atq; patientia temperare. *Sapientia* eſt conſiderare po- *Ierem 9.v.24*
tentiam Dei, q̃ demonſtrauit in creatione rerũ omniũ ex nihilo: q̃ ex ſapi- *inpr.v.25.*
entiſſima gubernatione, diſcuſſione & adminiſtratione earũ adhuc per- *Xenophon*
ſpicimus; quã deniq; demonſtrabit in nouiſſimo die in Renouatione rerũ *agnouit in*
omniũ, & inprimis in reſuſcitatione corporũ cum electorũ tum reprobo- *ὑπομν.*
rum, vtrorumq; ꝓpter certas cauſas. Hinc nullo negotio erat colligere, q̃
ſit *μωρία damnabilis*, & ſtultitia hic & iſthic exitialis. Nempe, *Deum non recte* *Pſal.14.v.1.*
agnoſcere, cum ex operibꝰ creationis & ſuſtentatione huius vniuerſi, tum ex *& Pſal.53.v.1*
libris Scripturæ, ꝙ Chriſtus reprehẽdit in Emahuntinis: *O ſtulti & tardi cor-* *Matth.22.v.29.*
de ad credendum, &c. Deinde ſecundũ verbum ꝑcognitum vel lectu vel au- *Luc 24.v.25*
ditu Deum non recte inuocare, nõ recte colere, nõ reuereri, non diligere, *Matth.7.v.*
nõ tota in ipſum fiducia recũbere. Ait enim Dominus Saluator: *Se aſſimila-* *26.*
re talem viro inſipienti, q̃ ædificet ſuper arenam, & ſtructuram ſuam facili ruinæ expo- *Prou.12.v.1.*
nere: qui reijcit etiam correptionem & inſtitutionem, ſtultus eſt. Stultitiæ deditus eſt, q̃ *Prou.1.v.7.* *Prou.10.v.18*
correptionem de manu Domini nõ grato animo agnoſcit, & Deum celebrat. Detrahens *Prou.6.v.32.*
proximo, ſtultus eſt. Inter ſtultos refertur etiam *adulter*, qui cum alterius vxo- *Patet ex Gen.*
re illicitam habet conſuetudinem, quoniam vitam ſuam in diſcrimen *38.* *Ezech 23. Ie-*
adducit. Nam *omnium gentium iure* adulteri damnantur vitæ: Omnium *rem.c.29. Io-*
Gentium iure adulterium grauius peccatum furto cenſetur, grauiusque *han.8.* *Quiſquis in-*
etiã plectitur. Denique *Stultus* etiam eſt, qui non agnoſcit Dei potentiam, *ops peccat, mi-*
inprimis exercẽdam olim in reſuſcitatione mortuorum, quemadmodum *nor eſt reus.* *L.Probr.42.*
Paulus ait: † Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ, &c. vid. loc. *de verb.ſignif.*
Stulti etiam ſunt, qui magna moliuntur in hoc ſeculo colligunt, & nõ da- *Vide A. Gell.* *lib.11.c.18.*
tur illis fruendi facultas. Μεγάλα διώκειν (ein Babyloniſchen Thurn bawen) *† 1.Cor.15.v.*
καὶ τὰ παρόντα οὐ φέρειν, μαινομένων οἶδε τρόποι. *36.*
Luc.12.v.20

DEPOSVIT SVPERBOS, EXALTAVIT humiles.



Scilicet inviſas damnoſa Superbia mentes
Tempus in omne DEO reddidit atq; Viris:
Laus Humili ſervo contingit ab ætheris alto
Vita aliena: Tuas Reſ age; Magnus eris

Die Hoffarth haſt der Menſch vnd Gott,
Stürtzt endlich in die eüſſerſt noth:
Dem Demutigen ſteht Gott bey,
Vnd beweiſt, das er ihr Schirmher ſey.

Le vice deteſtable d'Orgueil deſplaiſt à Dieu,
Auſſi fait il aux hommes à raiſon donnant lieu.
L'Humilite vertu entre autres bien louable
Tant aux homẽs, qu'a Dieu eſt touſiours aggreable.

Auguſtin. in Pſalm. 18. D. *Auguſtinus*, vt turpitudinem *Superbiæ*, & *Humilitatis* ſanctam pulcritudinem oſtenderet, pulcra vtitur alicubi oppoſitione in hunc modũ: *Propter hoc vitium, propter hoc magnum ſuperbiæ peccatum, Deus humilis venit. Hæc* *Superbia vitium vitiorũ.* *cauſa, hoc peccatum magnum, iſte ingens morbus animarum omnipotentem medicum de cœlo deduxit, vſq; ad formam ſerui humiliauit, contumeliis egit, ligno ſuſpendit, vt per ſalutem tantæ medicinæ curetur hic tumor. Iam tandem erubeſcat homo fieri ſuperbus, propter quem humilis factus eſt Deus.* Piam ſane ac prudẽtem orationem! Illuſtriori exemplo humilitatem cõmendare nõ poterat, quàm D.N.I.C.

Nec

Nec turpiſſimam turpitudinem peccati ſuperbiæ, quàm quod eius gratia de cœlo deuocatus eſt Deus, vnde infert: *Erubeſcat*. Hæc qui in vero timore Domini conſiderauerit, non potuit non odiſſe odio perfectiſſimo *Superbiam*, & *Humilitatem* virtutum coronam toto animo diligere. *Superbia*, vt turpitudinem eius verbis æques, nullo modo inuenies; Pulcerrimam autē *Humilitatis* pulcritudinem fando aſſequi non poteris. Propter ſuperbiam deiectus † Angelus lucis. *Elatos oculos odio habet Deus. Elatis reſiſtit, humiliat ſuperbos: Mutilat excellentia.* Etiam natura, ſuperbus, odioſus eſt. Probri loco S. *Tarquinio Superbi* nomen additum. Patet ex *Euripide:*

Humilitas corona virtutū.
† Auguſtin. loc. citat. & plerique patr.
Prou. 6. v. 17.
1. Pet. 5. v. 5.
Valer. Max. lib. 9. cap. 5.
Euripides.

Ὅταν ἴδης πρὸς ὕψος ἠρμέναν τινα
Τούτου ταχεῖαν Νέμεσιν εὐθὺς προσδόκα.

Quantum vitium ſit *ſuperbia*, *Bernh.* præ cęteris diſtinctis locis perſequitur. In bonis nihil metuendū eſt, ſuperbiam in bonis factis metui oportet. *Eleemoſynas peſſundat.* Hoc vel ipſe *Seneca* vidit: *Nihil æque*, ait, *in beneficio dando vitandum, quàm ſuperbia*, &c. *ô ſuperbia magnæ fortunæ, vt à te nihil accipere iuuat! ô ſtultiſſimum malum! vt omne beneficium in iniuriam conuertis! Vt te omnia dedecent! quoq; altius te eleuaſti, hoc depreſſior es!* &c. Obſecro te quid poterat maius dici à profano homine Gentili? Addit alio in loco: *Spiritus magnos fuge.* *Ouidius* ipſe quantopere ſuperbiam cum deteſtetur tum irrideat *Niobes* exemplo probat *in lib. Metamorph. Et alibi* itid.

Bernhard. in pr. Serm. 13. ſuper Cantic.
Lib. 2. de Benef. cap. 11.
Quia aliud Auguſt. in Pſalm. 58. Superbia etiam in bonis factis plus metuēda.
In Troa. Actu 3. Scen. 3.
Lib. 6. Metamorph. lib. 9. & lib. 2.

Culta venit, nimiumq; cupit, &c. Et:
Permulcetq; comas, chlamydemq; vt pendeat apte
Collocat, vt lymbus, totumq; adpareat aurum.

Et ſapienter monet *M. Valerius Martial.* Rufinum:

Faſtidire tamen noli Ruffine minores,
Plus habuit Didymus plus Philomelus habet.

Martial. Epigram. lib. 16.

Superbiæ punitæ veſtigia ſunt in *Diabolis*, in *Architectis Turris Babylonicæ*. In *Nebucadnezare*, in *Herode*, in *Pauſaniá*, in *Xerxe*, in *Alexandro Magno*, in *Aiace*, in *Hannibal*, in *Carolo VIII.* Gallo, & quis omnia? Non arbitror de *Humilitate* vt addam, opus eſſe, quoniam quo probroſior eſt *ſuperbia*, eo ſplendidior eſt *humilitas*; quo Deus homineſque *ſuperbiæ* infeſtiores, hoc *humilitati* fauentiores, quo magis deprimitur *ſuperbia*, eo magis exaltatur *humilitas*, tantum cum *curioſitas* Medium ſit exercendi huius vitij, & graueolentiæ eius ſpargendæ, non minus atque ipſa ſuperbia fugienda eſt, monente S. Patre *Auguſtin. Compeſcat ſe humana temeritas, & id quod non eſt, non quærat, ne illud quod eſt non inueniat. Tria hæc vitia, voluptas carnis, ſuperbia, & curioſitas omnia vitia concludunt.*

Ex. punitæ ſuperbiæ vetera ac recent.
Curioſitas medium exercendæ ſuperbiæ, &c.
Lib. 1. contra Manich. & Comment. in Pſal. 8.

VNI ADHÆRENS ALTERVM RELINquet.



Quos Incredulitas nummûm lactauit Amore,
Poenas crudeles perpetuóq; luent.
Sed quos vera Fides (donum coeleſte) beauit,
Gaudia Coeleſti ſemper in arce colent.

Der ſchnöd vnglaub vnd Geltgeitz macht
Das Gott vnd ſein wort wirt veracht,
Druff folgt die ſtraff: wer glaubt auf Erden
Der ſolt im Himmel ſelig werden.

Inſenſé que tu es, contente toy d'vn Maiſtre,
Car ſi ſeruir tu veux a deux, tu ſeras Traiſtre:
Croy au Saint Euangile, lors ſauvé tu ſeras,
Sinon va, ſer au Diable, et damné te verras.

OPponuntur *fiducia* in benignitate ac paterna Prouidẽtia *Dei*, & *fiducia* in *Mammona* iniuſto. Grauiſſimum crimen eſt, cor, quod Deus ſibi integrum reſeruari vult, tam prodigioſo Mammonæ monſtro apponere. Fi-

Pſal.62.v.11 vetat. deliſſime id Pſalte vetat. Nec abs re: Nam ὁ πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστί.

Iſocrat.Orat. ad Nicoclem. Non dicam iam de peſſima remuneratione *Mammonæ*, quibus fidelibus ſuis cultoribus rependit gratiam: *Qui ſacrificant ipſi,*

Syr.31.v.7. *iis eſt lignum offenſionis, vt impingant & cadant*, Deoq; renunciare in totum co-

Crates apud Laërtium. git. Quare ſi *Crates*, vt Philoſophiæ eo expeditius ſudaret, Patrimonium ſuum

ſuum contempſit, quin potius nos vt veræ ac ſolidæ pietati, fidei ac fiduciæ? Si impius ille *Iulianus* dicere poterat: *Militem ſcitum ferrum non aurum habere:* quin potius miles Chriſti aurum contemnere, & fidem cœlumque eligere debebat; *Bias Prienæus* ſimulacrum ſapientiæ ſecum geſtabat, ex flagrante exiens vrbe, & gloriari poterat: *Omnia mea mecum porto*; Tu rem ſapientiæ collige, veram ac ſáluificam fidem, tum ſi flagret vel *fractus illabatur orbis, impauidum tamen ferient ruinæ.* Magno onere te leuaſti, ſi ſine magnis es diuitiis, ſic enim eo expeditius euocantem ex hoc ergaſtulo Chriſtum ſequere. *Si totum lucraueris mundum*, dicere tamen tandem neceſſe habiturus eſſes: Πάντα ἐγενόμην, καὶ οὐδὲν ἐμοὶ λυσιτελεῖ. Nō dicam: *Si iacturam animæ paſſurus eſſes:* Pauciſſimis enim hîc datur eſſe diuitibus, & iſthic: hîc eminere & iſthîc: hîc abundare & iſthîc, quod *Nepotianum* ſuum monet B. *Hieronymus*, inquiens: *Ignominia eſt Chriſtianorum, propriis ſtudere diuitiis.* Et ad *Heliodorum* itidem ſcribit: *Delicatus es, Frater, ſi vis & hîc gaudere cum ſeculo, & poſtea regnare cum Chriſto. Cui quis ſeruit, eius ſeruus eſt, ab eo etiam mercedem acceptam ferendam expectat. Chriſto ſeruis; ab eo mercedem exſpecta: Non enim condignæ ſunt paßiones huius ſeculi, gloria olim in nobis reuelanda.* At! Mammonæ ſeruis; ab eo exſpecta mercedem, nempe *Tormenta maiora, quam quæ hîc poſſunt ab humana mente formidari.* Si vero nonnihil facultatum collegiſti, confer *in theſaurum Eccleſiæ*, h.e. Eroga in Pauperes, nam quicquid huius in pauperes erogatur, in Chriſtum ipſum erogari nôſti. Sic *Laurent. apud Decium. Hoſpitalitatisq; ne ſis immemor, per hanc enim quidam Angelos hoſpitio exceperunt.* Tu vero de bonis tuis viue piè, honeſtè, parcè. *Quamuis ſuperbus diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, mortuus apud inferos torqueretur, tamen ſi pauperis hulceroſi qui ante ianuam eius contemptus iacebat, miſertus fuiſſet, mereretur & ipſe miſericordiam. Benefaciant diuites, ſint diuites in operibus bonis, facile tribuant, communicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, faciant ſibi amicos de Mammona iniuſto, vt apprehendant vitam æternam.*

Ammian. Marcellin. lib. 25.
Bias apud Diogen. Laërtium in vit. Biant.
Horat. Odar. lib. 3. Od. 3.
Matth. 16. v. 26.
Æl. Lamprid. in Alexandro Imper.
Hieronym. in Epiſt. ad Nepotian. & Heliodorum.
Rom. 6. v. 16.
Rom. 8. v. 18.
Auguſtin. de verb. Apoſtoli Serm. 18.
Hiſtor. Eccleſ. in Laurent. Martyr.
Matth. 25. v. 35.
Ambroſ. Offic. lib. 2. c. 28.
Hebr. 13. v. 1. &c.
Auguſtin. Epiſt. 89. ad Hilarium.
Luc. 16. v. 19
1. Tim. 6. v. 18
Luc. 16. v. 9.
2. Tim 6 v. 12

INVIDIA

INVIDIA FORTVNÆ, FIDEI CHARITAS *comes.*



Inuidus Inuidia corrumpitur intus et Extra: Sed ſincerus Amor, Fidei comes, optima Fratri
Ipſe ſuum cor edit Livor, et arma mouet. Præſtat, et iratos conciliare ſolet.
Der Miſgönſtige haſs vnd Neÿd Die rechte Lieb theilet gern mit
Bringt manchen in gros noth vnd Leid: Was ſie nur kan, vnd ſchadt keim nit.
Viande plus delicate manger tu ne ſcaurois, Tandis qu'aux Enfans de Dieu portes enuie,
O Enuieux farouche, que ton Coeur; toutesſfois En toute Charite ils paſseront leur vie.

INVIDIA. INVIDVM, per Deum immortalem! eſt hoc ſeculum, & plærique alter alteri inuident fortunas, honorem, opes, famam ex laboribus. Eſt ſanè & hoc non vitium, ſed crimen, & quod inter nos minime omnium graſſari debebat, verum cum etiam Diſcipulos Domini *Domino* adhuc cohabitante inuaſerit, noſtros labores eo ſuauius ſolamur. Definitur eſſe *dolor ob alterius felicitatem*, iuxta peruulgatum iſtud: *Inuidia Fortunæ comes*; ſed quàm maxime adfinis eſt & ἐπιχαιρεκακία, quæ eſt *lætitia ob alterius infortunium.* *Martialis* quid ſit, ſatis ſubinnuit, quando canit:

Seneca lib. de Tranquill. Animi. cap. 2.
Ἐπιχαιρεκακία.

Liuet

Liuet Carinus, rumpitur, furit, plorat:
Et quærit altos vnde pendeat, ramos, Martial. Epigram. lib. 14.
Dudum quod orbe cantor & legor toto.
Et vmbilicis quod decorus & Cedro
Spargor per omnes, quas Roma tenet gentes.

Inuidiæ exempla Scriptura habet plurima. Inuidet *Cain Abeli* gratiã Dei. Gen. 4. v. 5. 6.
Inuident *Fratres Ioſephi* fratri micantes honores. Inuident *Aaron* & *Miriam* Geneſ. 37.* Numer. 12.*
prærogatiuæ *Moyſis*: & *Corah, Dathan*, & *Abiron* gloriæ priuilegioq; *Aaronis*. Numer. 16.*
Eliab inuidet gliſcenti honori *Dauidis*. *Saul* itidem. *Phariſæi* honori atq; glo- 1. Sam. 17 v. 28.
riæ *Chriſti*. *Pompeius* inuidet Cæſari; alii aliis. *Auguſtinus ſuperbiæ filiam eſſe ait*, Ioan. 5. & c. 11.
& veriſimiliter; nam bolum, quem inuidus alteri obtingere videt, aut ho- Tot. Eugl. hiſtor.
norem, inuidet. *Eo modo inuidia ſequitur ſuperbiam, non præcedit. Non enim cauſa* Lucan. Liu.
ſuperbiendi eſt inuidia, ſed cauſa inuidẽdi eſt ſuperbia. Auguſt. de Geneſ. ad Liter. lib. 3. aliȷ.
Quare non minus tetra eſt quam ipſa ſuperbia. Verum heus tu: *Suffoca ma-* De verb. Domini ſuper
trem, & non erit filia. Is ipſe *Auguſtin.* vt turpitudinem huius criminis ampli- Matthæum.
us declaret, ait: *Inuidia vitiũ Diabolicum, quo ſolo Diabolus eſt reus, & inexpiabili-* In Lib. de doctrin. Chriſt.
ter reus. Non enim Diabolo dicitur: Adulterium commiſiſti, furtum feciſti, villam ra-
puiſti: ſed, *Homini ſalutem inuidiſti*. ¶ Non obiecto, ſed ſubiecto nocere aiũt,
adeoque optatur inuidia præ miſericordia ſeu commiſeratione: At *Cato* in Cat. diſtich. moral.
moralibus ait:

Inuidiam nimio cultu vitare memento,
Quæ ſi non lædit tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.

Sed aliud *Martialis* ſibi velle videtur, quando ad Zoilum:

Nunquam diuitias Deos rogaui Martial. Epigram. lib. 14. ad Zoilum.
Contentus modicis meoq; lætus
Paupertas veniam dabis recede
Cauſſa eſt tam ſubiti nouiq; voti
Pendentem volo Zoilum videre.

Sed pace aliorum dixerim, ego, ſi vllum aliquod crimen nocet obiecto, Ratione effect.
certè hoc puto nocere, adfine nimirum odio, iræ, acediæ, &c. Furiæ enim,
quæ huic vitio inſunt plurimæ, inuidum huc ſtimulantur, trahunt, raptãt,
vt non ceſſet priuſquam damnum dederit:

Et ſi non aliqua nocuiſſes mortuus eſſes. Virgil. Eclog. 3

Et iterum: *Dabunt malum Metelli Næuio Poëtæ.*

Loquuntur pro me exl. *Habelis, Ioſephi, Dauidis*, quibus tametſi victoria de- Vt eſt in allegat. ſupra.
mum obtigit, vel in hac vel in illa vita, tamen aliquantiſper eam ſuſtuliſ-
ſe moleſtum fuit & nocuit. Vtinam vero, qui huic furiæ expoſiti ſumus
confidenter illi charitate inſultare, contemnere eam & præſenti animo
malum bono vincere poſſimus, & dicere: Rom. 12. v. 21.

Rumpatur quiſquis rumpitur inuidia. Martial. loc. citato.

ESTO CONSTANS VSQVE AD MORTEM, & dabo tibi coronam vitæ.



Mentes inſtabiles, nutantis arundinis inſtar,
Quolibet huc illuc flamine ventus agit:

Magna voluptatis vis eſt, vis magna doloris:
Mens confiſa DEO nulla pericla timet.

Durch woluſt oder forcht der ſchand
Werden viel von Gott abgewandt:

Wer ſein vertrawn vff Gott veſt ſtelt,
Der wirt durch kein vngluck geſellt.

L'Hõme ſtable et Conſtant n'ha peur d'aucun orage,
Mais bien toſt l'Inconſtant à perdu ſon courage.

Chriſt iamais ne recule, pluſtoſt meurt à la croix,
Pierre craint au contraire d'une femme la voix.

CVm in pium Chriſtianum calamitatum atque ærumnarum,
Æneid. Virgil. lib. 1. *Vna Eurus Nothusq́ ſimul creberq́ procellis*
Eſai. 54. v. 11. Africus incumbant, isque ſit, de qua Eſaias: *Spreta, adflicta, procellis agitata, & omnibus miſeriarum ventis atq́ turbinibus expoſita*, magna ſane illi conſtantia
Matth. 11. v. 7 opus eſt, vt ne inſtar *leuis arundinis* in fide, fiducia atq; confeſſione veritatis
Pſal. 125. v. 1. deficiat, neque ſe dimoueri vllo modo patiatur, ſed *inſtar rupis* & ſaxo-firmatæ columnæ perſtat, & incurſus hoſtium ſimul, perſequutorum, atque ψευδοδιδασκάλων excipiat fortiter, ſuſtineat, vincat, quod hæc nobis Tabella pulcrè

pulcrè ob oculos ponit. Quare iuſtus *palma* in ſacris comparatur, & *palmæ* ramum hîc manu geſtat *conſtantia*, vt quemadmodum palma *contra impoſitum onus nititur & conſurgit*, ita & pij conſtanter cõtra omnes perſecutiones conſiſtant, vt deniq; triumphent, nihil hæſitante mente, nihil immutato vultu, vt de *Socrate* referunt, *quod eundem ſemper vultu & domo extulerit & domum retulerit*. Quare *Dominus Saluator* etiam à ſuis requirit, vt domum Fidei *ædificent ſuper petram, vt ſi deſcendat pluuia, & veniant flumina, & flauerunt venti, & irruant in domum, non cadat, vt ſupra petrã fundata*. Et *Pauli* verba notatu digniſſima ſunt: *Sicut Chriſtum*, ait, *accepiſtis, ita ambulate in eo, radicati & ſuperædificati in ipſo, & confirmati in fide*, ꝙ ipſum etiam alibi repetit, quando Chriſtum in cordibus noſtris habitare ait, per fidem, vt qui in charitate † radicati & fundati, vtroq; ſimili cum à palma tum à domo deſumpto. Ad *Epheſios* ſcribit: *Ne ſimus paruuli fluctuantes, ne circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris: Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus*, &c. *Pro veritate pugnandum vſq; ad mortem*, monet *Sapiens*. Minimè ergo in Chriſtianæ pietatis Confeſſores competit illud *Sophoclis*:

> Πρὸς τὸν τύραννον ὅστις ἐμπορεύεται
> Κείνου ᾽στι δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλη.

Qui confidunt Iehouæ, ſimiles ſunt monti Tzyonis, *qui non dimouetur*; vt *tres pueri in fornace Babylonica*, qui Tyranno in faciem dicunt: *Notum ſit tibi Rex, Deos tuos nos non eſſe culturos, & imaginem auream quam erexiſti nõ eſſe culturos nos*. Vt *Maccabæi*; vt D. *Ambroſius*, qui Arianis templum: & *Euſebius Samoſatenſis*, qui *Imp. Conſtantio* ſymbolum tradere renuebat conſtantiſſime: Et *Beneuolus Iuſtinæ Imperatrici* contra Orthodoxos legem ſcribere recuſabat. Nec *Leæna* illa, qui *Ariſtogitonem* & *Harmodium* Tyrannicidas prodere nolebat, mulieri *Edeſſenæ* ad martyrium properanti nihil præripiet. Martyrum noſtri ſeculi, de quo Martyrologium, nec tacenda nec veteribus vllo modo poſtponenda ſunt. Sed *Arundo eſt calamus vacuus, & nullam debet virtutem: & ideo quocunque flante vento, huc illuc impellitur: Sic homo carnalis, in quo nulla eſt fidei medulla, nec virtus veritatis, qualiſcunq; tentatio ſubierit, inflectitur*. Qualis eſt ille *Modinenſis* ciuis, qui in gratiam *Antiochi* * *Epimanis* in *conſpectu* bonorum magno cum ſcandalo *ſacrificabat*, & alij: Ad quorum perditam aciem etiam *Petrus* Apoſtolus properare videbatur, qui ad leuis mulierculæ vocem Dominum ac Magiſtrum, & ter, & non ſine anathematiſatione ſui negabat, & commentitius huius ſucceſſor † *Marcellinus* idolis *ſacra* faciens. Sed piis atque cordatis grauiter inſuſurrat illud Dominicum: *Eſto fidelis* (conſtans) *vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*. Eheu! *Cæpiſſe multorum eſt, ad culmen perueniſſe paucorum*.

Pſal. 92. v. 13.
Ariſtot. Problem. 7.
Plin. lib. 16. c. 42.
A. Gell. Noct. Attic. lib. 3. cap. 6.
Eraſm. Apophthegm. lib. 8. p. 688.
Matth. 7. v. 24. 25. &c.
Epheſ. 3. v. 17.
† *Coloſſ. 2. v. 7.*
Epheſ. 4. v. 17.
ibid. v. 15.
Syr. 4. v. 33.
Sophocles.
Pſal. 125. v. 1.
Dan. 3. v. 18.
2. Maccab. 7.
Pallad. in vita Ambroſii.
Theodoret. Hiſtor. Eccleſ. lib. 2. c. 31.
Tripart. lib. 9. cap. 20.
Plin. l. 7. c. 23.
Petr. Crinit. de honeſt. diſcipl. lib. 9. c. 8.
Sozom. lib. 6. cap. 18.
Chryſoſtom. in oper. imperfect. in Matth. Homil. 27.
* *Epiphanus immaniſſimi.*
1. Maccab. 2. v. 23.
Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. & Iohan 18.
† *Ex Platina in Marcellin. Refert Alard. de Inſtit. Rom. Pontif.*

ETIAMSI OCCIDERIT ME DOMINVS, *tamen ſperabo.*



Anxietas animiq́ metus finire dolores
Præſentes gladio ſepè vel enſe iubet:
Bekümmernus, angſt vnd verdries
Offt manchen in verzweiflung ſties,
Angoiſse et Deſeſpoir eſt tout preſt à ſe pendre,
Ou ſoy meſme eſgorger: Mais Eſperance rendre

Sed Spes coeleſtis coeleſtia munera donat,
Et melius miſeris eras fore ſemper ait.
Wo nicht die himliſch Hoffnung tröſt,
Biß Gottes hülff komt vnd erlöſt.
Content le vient, et garde qu'il ne ſe face mal:
En Dieu doncques eſpere, tu le verras loyal.

Fidei & Spei conuenientia, & differentia. *Spes quid?*

OPponuntur *Spes* & *Deſperatio. Spes* γνησία *Fidei* ſoboles eſt, quod enim illa tanquam veriſſimum atq; certiſſimum apprehendit & credit, hęc patienter, dum appareat, & præſtetur, exſpectat. Eſt autem *Spes qua beneficia cum corporis tum animæ, cum dandorum bonorum, tum malorum auertendorum leniter exſpectamus, indubitatè nixi gratia Dei, veracibus eius promiſſionibus, meritis Chriſti, & efficaci dictamine conſolationis Spiritus S. per fidem apprehenſis.* Eſt virtus pulcerrima & Deo gratiſſima, quod in ipſo vno ſolo Deo firmiter fundatur, tribuit enim Deo laudem bonitatis, veracitatis, conſtantiæ, & in laudem Dei.

dem Dei Ter Max.Opt.rectà vergit; Et maximas habet vtilitates: *Qui enim*
ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & Eſai.40.v.31
non laborabunt, ambulabunt & nõ deficient. Spes futurorum bonorum (ait *Auguſtin.*) *Pſal.27.v.1.*
præſentem fortunam lenit. Spes conſtanter dicit: *Dominus lux & ſalus mea eſt, nõ* *1.Ioh.5.v.10.*
timebo, &c. Sed ſpei pulcritudinem turpitudo incredulitatis, diffidentiæ ac *Auguſtinus Serm.58.de Tempore.*
deſperationis inprimis ſi non ſuperat, certe æquat: Cùm *Deum* plane *mendacem*, quantum ad ſe, *faciat.* Satanas quoq; deſperationis artifex & architectus eſt μυριότεχνος, & quoquo modo poteſt hominẽ ad deſperationẽ impellit, laqueos quibus ſe ſuſpendat, ferrum, quo ſe perimat, obiiciens. Grauiter & piè *Auguſtin. Rogo vos, fratres chariſſimi, vt ſi forte aliquis ex vobis, vt ſe habet humana fragilitas, calliditate diaboli ſuperatus, templũ Dei in ſe violando deſtruxerit, de miſericordia Dei non deſperet; ſed cito de malo iniquitatis ſuæ conſurgat. Non enim q̃ peccauerit, ſed q̃ in peccatis perſeuerauerit, abominabilis eſt Deo. Nam vt de indulgentia diuina nemo diffidat, Dominus nos p̃ Prophetam tanq̃ piiſſimus pater conſolatur dicens:* Nolo *mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Sed iſta tanta miſericordia tunc nobis p̃deſt, ſi non tardamus conuerti ad Dominũ, nec crimĩna criminibus*
ſuperaddimus. Hacten⁹ *Auguſt.* locus digniſſ. qui totus legatur *in Sermonib. de* *Deſperationis cauſæ.*
Tempore. Sunt autẽ multæ cauſæ & cõcauſæ deſperationis: *Peccatum* primũ *I.*
locũ obtinet, quando cũ *Caino* blaſphematur: *Maiora ſunt peccata mea, q̃ quæ* *Geneſ.4.v.13.*
poſſint mihi remitti. Hîc *Auguſtin. cit. loc.* ait: *Nemo hic nec poſt centũ peccata nec potius mille crimina de miſericordia diuina deſperet, ſic tamen non deſperet, vt ſine mora Deũ ſibi repropitiari feſtinet, ne ſi forte conſuetudinem peccandi fecerit, etiamſi velit, de* *Serm.58.de Tempore.*
diaboli laqueis liberari non poſſit. vid. loc. Deinde deſperationem non parum *II.* *Lib.7.Epiſt.*
acuit *contemptus*, deiectio de priori ſtatu, fortuna, eminentia, &c. *Vbi enim* *familiar.*
non ſis qui fueris, non eſt cur velis viuere. Sic *Saul* proprio gladio incumbit, & ſe *1.Sam.31.v.4*
confodit. Sic vbi conſilium ſuum optimum & regni inuaſori maxime p̃ficuum poſthaberi videt, inſtrato aſino domum ſe confert; & facto teſtamento, ſemetipſum ſuſpendit AHITOPHEL. Inprimis magna ad deſpera- *III.*
tionem concauſa eſt *Mundus*, & ij, cum quibus & quibus conſciis hoc vel illud flagitium ſcelusve patratum eſt: Nam ab initio Satanas per ſua organa ad peccata incitat, trudit, pellit, vbi vero hominem in ſuam pellexit naſſam, medium illi digitum oſtendit, & ad deſperationem adigit. Sic cũ *Iuda* proditore Domini egerunt Phariſæi; nam cum ipſum in primo deſperationis limine viderent, fatentem, pœnitentem, ringentem; *Quid ad nos,* *Matth.27.v.4.*
inquiunt, *tu videris.* Hoc quid aliud erat, quam obijcere laqueum, quo gulam frangeret. De furioſo *Aiace*, de furioſa *Laconica* iam non dicemus. Deſperandum nobis minimè eſt, qui Chriſti profitemur fidem, quod eſſet Deum *mendacij arguere*, vt *S. Ioannes* ait, imo *in domo fidei fidem negare*, vt loquitur *Auguſtinus.*

INOBEDIENTIÆ ET OBEDIENTIÆ *Antitheſis.*



Nulla Salus Legi nulla eſt legalibus umbris Lalibus omiſsis, amplectere corde fideli
Nulla ſalus placitis invenienda Sophûm: Quæ gratis offert gratia grata Dei.
Wan du ſchon leüffeſt fern vnd weit, Als nur beÿ Chriſto: folg ſein Rath,
Findſt doch kein Heÿl noch Seeligkeit Verlas dich ſteiff vff Gottes gnad.
Il eſt tout impoſſible que ſauves nous ſoyons Portans patiemment et en Obeiſſance,
Par la loy de Moyſe: Mais ſi en Chriſt croyons, La croix, nous obtiendrons de ſalut iouiſſance.

Obedientia in genere quid? Vide Lamber. Danæ. in Eth. Chriſt.
Obedientia in ſpecie quid?
OMNIBVS & SINGVLIS mandatis Dei obſtringimur.

OBedientia (ὑπακοὴ) *in genere eſt fidelis & prompta iuſſus & mandati à ſuperiori vel pari facti exſecutio, & præſtatio. Obedientia* autem *erga Deum eſt mandatorum diuinorum humilis obſeruantia & prompta exſecutio per Spiritum S. accenſa in Dei gloriam & noſtri ſalutem.* Hanc ſanctam obedientiam Deo debemus per omnia, tanquam ſupremę omnium poteſtati, quæ omnibus iuſſa dictat ac leges figit, præſertim cum omnes aliæ creaturæ ipſius iuſſa prompte capeſſant, & ſine contradictione exſequantur. Adſtringimur igitur conſcientiæ ratione, & ſub interminatione æternæ damnationis omnibus mandatis

DEI,& DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI,vt dum exclamat: *Agite pœniten-* *Matth.4.v.*
tiam & credite Euangelio, Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tene- *17. Marc.1.v.15.*
bris, ſed habebit lumen vitæ. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego *Ioh.8.v.12.*
vos reficiam. Diſcite à me, quoniam mitis ſum & humilis corde. Tollite iugum meum *Matth.11.v. 28.*
ſuper vos, & inuenietis requiem animabus veſtris, quoniam iugum meum ſuaue, & o- *v.29.*
nus meum leue. Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt veſtra bona opera, & glo- *v.30. Matth.5.v.16*
rificetur pater veſter cœleſtis. Hoc eſt mandatum meum, vt diligatis vos inuicem: vnde *Ioh.15.v.12.*
dignoſcemini diſcipuli mei, ſi diligatis vos. Etiam inimicos veſtros diligite: Benefacite *Ioh.13.v.35. Matth.5.v.*
qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos; vt ſitis filij patris *44.*
veſtri qui eſt in cœlis. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habetis? *Luc.6.v.32.*
nonne & publicani & peccatores hæc faciunt. Si benefactoribus veſtris benefacitis, quid *Matth.5.&*
ſingulare facitis; nonne & publicani & peccatores faciunt idem? &c. *Eſtote igitur* *Luc.6.loc.al-*
perfecti, ſicut & pater veſter, qui eſt in cœlis, perfectus eſt. Qui concupiuerit mulierem *leg. ibid.v.vlt.*
aſpiciens eam, iam adulterium commiſit cum ea in corde ſuo. Nolite theſaurizare in *Matth.5.v.28*
terris, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate *& cap 6.v.19 ibid.v.20.*
autem in cœlo, vbi neq; ærugo neq; tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec fu-
rantur. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi eſt cor veſtrum. Attendite autem ne corda
veſtra grauentur crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repen- *ibid.v.21.*
tina dies illa, &c. Hæc ſunt mandata præcipue, in quibus pleraque alia cõ- *Luc.21.v.34*
prehenduntur, & hæc eſt ſancta illa obedientia, qua Deo tenemur, & qui *Amor pellicit*
vere Deum diligunt, id totis viribus præſtant, *Chriſto Domino* aſſerente: *Qui* *ad obedientiã.*
diligit me ſermonem meum ſeruabit, (AVDIN' amatorẽ Dei erga mandata eius *Ioh.14.v.23.*
audientem aurem gerere!) *& Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, &*
manſionem apud eum faciemus. Ad hoc adſtringit nos etiam *fides* & *ſalutaris* *Fides & ſalu-*
eius *cognitio: Si enim dicimus, diligere nos eum, & non ſeruamus mandata eius, mẽ-* *taris agnitio Dei.*
timur. In hoc enim cognoſcimus, quod nouimus ipſum, ſi mandata eius ſeruamus. *1.Ioh.2.v.3.*
Hæc ſancta obedientia, vt mandatum habet, ita & promiſſionem, & me- *& 4.*
retur præmia magnifica. *In tali enim manet & habitat Chriſtus. Quemadmo-* *1.Ioh.2.v.5.*
dum igitur paſtori ſuo oues obtemperant, ait *Baſil.in Conſtitutionib.* (ſiquidem eius *Baſil.in Re-*
ſunt) *& viam quamcunque ille vult ingrediuntur, ſic qui ex* DEO *pietatis cultores* *gul.*
ſunt, &c. *hi omnem habebunt ſufficientiam.* Sed & *omnis præuaricatio & inobedien-* *Ioh.10.v.10.*
tia ſemper accepit iuſtam retributionis mercedem, quare nec inobedientes effugient, ſi *Hebr.2.v.2.*
tantam ſalutem neglexerint. Inſonet igitur ſemper auribus noſtris, quæ
Pater cœleſtis de throno ſuo intonat: *Hic eſt filius meus dilectus,* *† Matth.17. v. 5.*
in quo complacitum mihi eſt, HVNC † AV- *Marc.9.v.7.*
DITE. *Luc 9.v.35.*

A·R·B·O·R·

ARBOR VITÆ CHRISTVS.



In Cruce ſuſpenſi diros perpende dolores, Ara ſalutis hic eſt, vitæ fons i hauriet inde
Quem Crucis impoſitæ tangit et angit onus. Quod ſitit, accedens non dubitante fide
Wer betrübt iſt in ſein hertzen Die er ams Creützes ſtam auſſtund.
Der denck am hertzen chriſti ſchmertzen; Erwarb vns verzeihung der ſünd
Touteſfois, ô Chreſtien, ton Sauveur ſe preſente: De croire en lui a metre peine, pour toy il a ſouffert
A toy treſdoucement: de lui point ne t'abſente: Vne mort treſcruelle, et le ciel t'a ouvert.

CHRISTVS noſtrum copiæ cornu. PRoponitur *nobis Dominus noſter* IESVS CHRISTVS *Salus ac Soter noſter,* vt *in ipſo omnem abundantiam & omniſufficiẽtiam corporis, & præſertim animæ*
Ioh.1.v.17. habeamus: *Lex enim per Moſen data eſt,* GRATIA *autem per* IESVM CHRISTVM,
ibid.v.16. *vt ex* PLENITVDINE *eius omnes accipiamus Gratiam pro Gratia. In ipſo enim habi-*
Coloſſ.1.v.19. *tat omnis* PLENITVDO,&c. In eo reconditi ſunt *omnes* THESAVRI: propter-
& cap.2.v.3. ea *placuit Patri, vt in ipſo* PLENITVDO *habitaret.* Opponuntur *Moſes* & *Chri-ſtus; Mons Sina* & *Mons Sion;* PELLICANVS & *Lex* & *Euangelium,* quæ tametſi
Rom.8.v.3. verè oppoſita non ſint, ſubalterna tamẽ ſunt ſeu diſparata, & *quod impoßi-*
Allegor. *bile erat Legi, ſiquidem per carnem infirmabatur, id fecit Deus miſſo filio. Moſes* rectã

repro-

repromiſſionis non ingreditur, ſed *eminus tantum ipſi datur videre*; *Ioſua* autẽ Deut.34.v.1.
non tãtum ingreditur, ſed etiam totum populum Iſraëliticum introducit. *Ioſuæ lib.** *Oppoſition.*
Non per Legem Moyſis, ſed per Euangelium Chriſti datur omniſufficientia, vita, ſalus. Quicquid igitur nobis deſit, id ex inexhauſto bonorum omnium theſauro petere & expectare fide poſſumus. *Rom.3.v.25. Matth.5.v.17* Principio *Moſes* nos per *Galat.3.v.14.* Legem accuſat, & reos peragit; Abſolutionẽ habemus nos in Chriſto & ex *Matth 3.v. vlt.* plenitudine CHRISTI, qui accuſationem & maledictum Legis in ſe recepit, *Epheſ.1.v.6.* vt per paſſionem & mortem eius in conſpectu Patris abſolueremur; Ipſe enim eſt *in quo Patri complacitũ eſt*, qui *Dilectus* eſt *& nos ſumus dilecti in dilecto*, *Rom.8.v.13. 1.Cor.1.v.30.* vt gloriari nunc poſſimus: *Quis intentabit, &c. aduerſus electos Dei?* Si deſit nobis iuſtitia, cõuincente nos *Moyſe* peccati, & inde reſultantis iuſtæ iræ *Ioh.1.v.29.* diuinæ, ſumere nobis iuſtitiam licet ex plenitudine Chriſti, *Agni Dei tollentis peccata mundi, cuius ſanguine perpurgamur ab omni peccato, qui factus nobis eſt à Deo Patre iuſtitia.* *1.Ioh.1.v.7. 1.Cor.1.v.30.* *Omnes enim Prophetæ teſtimonium perhibent, quod in nomine eius habemus remiſsionem peccatorum credentes.* *Actor.10.v.43.* *Ipſe redimit Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius.* *Pſal.130.v.vlt.* *Ad quod alluſum eſt à Moſe in deſerto per exaltatum ſerpentem æneum, vt ipſe SOTER explicat: **Numer.21.v.8.9.* *Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto: Ita filium hominis exaltari oportet, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* *Iohan.3.v.15.* *Oppoſitio.* Si *vita* nos deficit, mortis per Legem nos condemnãte *Moſe*, habemus in ipſius plenitudine *vitam: Ipſe eſt enim reſurrectio & vita:* *Deuter.27.v.vlt.* Et quemadmodum *ipſi Pater dedit vitam habere in ſeipſo; Ita ipſe omnib⁹ in ipſum credentibus* vitam impertitur. *Ioh.11.v.25. Ioh.5.v.21.* Et quemadmodum *Pellicanus* roſtro pectus aperit, & elicito ſanguine mortuos pullos in vitam reuocat, ſic per vulnera Chriſti vita nobis quoque parta eſt. *Pellicanus.* Si carbones Infernales accendit & ſufflat *Moſes*, habemus in ſanguine Chriſti ſalutem, nam *per trombos grumosve* ſanguinis Chriſti omnes ſulphureæ cataractæ infernales ita exſtinctæ ſunt, vt *Electos Dei* nec accendere nec amburere poſſint: *Deuter.27.* *Nihil enim condemnationis in his qui in Chriſto Ieſu ſunt: Nemo ipſos condemnabit, Chriſtus eſt, qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit.* *Rom.8.v.1. & 34.* *Si conſtantia* deeſt, *in Chriſto habemus, per quem omnia poſſumus dum ipſe confortatur*; per ipſum habemus, vt *nihil nos à dilectione Dei ſeparare poſſit:* *Philipp.4.v.13. Rom.8.v.vlt.* Denique ipſe eſt *Mediator noſter, Caput noſtrum*, Ἀπολυτρώτης *noſter, Aduocatus noſter, Dux vitæ, & autor conſummatorq́ue æternæ ſalutis*, vt & *Ambroſius*: *OMNIA nobis Chriſtus eſt ſi volumus. Curari deſideras, Medicus eſt: febribus æſtuas, fons eſt: Grauaris iniquitate, Iuſtitia eſt: indiges auxilio, virtus eſt: mortem times, vita eſt: Ire deſideras, via eſt: tenebras fugis, lux eſt: cibum appetis, alimentum eſt*, &c. *1.Tim.2.v.5. Epheſ.5.v.23. 1.Ioh.2.v.2. Heb.2.v.10. & c.12.v.2. Ambroſ.lib.10 de Virginit.*

Id tantum nunc agamus, vt ne infidelitate hos tantos theſauros amoliamur, ſed vera fide Chriſtum cum omnibus ſuis beneficiis amplectamur. *Vſus συμπεραστικ.*

PER VNVM HOMINEM MORS, PER *vnum vita.*



Lethiferum primi dat morſus ab arbore pomi
Vulnus, Adami ſatum quoque genus omne perit.

Qui pedibus calcet Satanam, qui ſpicula mortis
Infringat, Chriſtus nunc rediuiuus, adeſt.

Der erſt Bis voms Baumes Frucht
Macht das wir Menſchen ſeind verflucht:

Chriſtus durch ſeine Schmach vnd todt,
Sund, Deufel, Höll vberwunden hat.

Adam n'obeiſſant a Dieu perdit ſa grace
Et merita la mort pour ſoj et pour ſa race:

Chriſt aux pieds Satan foule, l'aguillon de la Mort
Reſſuſcitant il briſe, ſe monſtrant le plus fort.

Auguſt. in. lib. de Liber. Arbitr.

MOnet alicubi *Auguſtinus:* Non tam quærēdum eſſe, quomodo in peccatum ac mortē inciderimus, quàm quomodo ex iiſdem liberemur: Qui enim primum quærant, perinde facere atque, qui delapſum in puteū cum præſenti periculo vitæ, diu interroget, quomodo inciderit, cum id potius agendum erat, vt quamprimū extraheretur & liberaretur. Haud incommode! Interim, vbi extract⁹ erat, quæri poterat, quomodo incidiſſet, vt de cætero à tali lapſu ſolicitè ſibi caueret, &c. Perinde enim nos in horrendam foueam peccati, mortis, & æternæ damnationis incidimus; quæri

OPPOSITIO Adami & Chriſti.

igitur

igitur nõ tam quomodo inciderimus, q̃ quomodo liberati ſimus, par erat, vtrumq; tamen ſcitu neceſſariũ, vt à lapſu & peccato de cætero eo ſtudioſius nobis caueamus: Quare nobis vtrumq; hac Tabella Emblematica oſtenditur, eſtq; adeo ſumma doctrinæ Apoſtolicæ: *Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi: Ita & per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi.* Alio in loco vtriuſq; authorẽ nominat, & *vitæ & mortis*, dicens: *Sicut in Adam omnes moriũtur, ita & in Chriſto omnes viuificantur*, &c. vel viuificabuntur. Vides duas radices, vnam *mortis*, alteram *vitæ* germinatricem: Illam dici *Adamum*, hunc *Chriſtum*: vt enim illa radix *vitioſa*, ita hæc *integra*, vt illa *mortifica*, ita hæc *beatifica*: vt illa *ſuccum in ſuos* transfundit, eosque peccata facit & originale & actualia plurima (gemmarũ loco) protrudere: Ita hæc quoq; transfundit ſuccum, & ꝓtrudit gemmas, innocentiæ, virtutis, iuſtitiæ, vitæ. Id ꝙ latius deducit Spiritus S. in S. Scriptura: *Per mulierem introiit peccatum in mundum, & propter ipſius delictum* (decerptum ab arbore pomum vetitum, comeſtum, & viro impertitum, qui & ipſe comedit) *omnes morti ſumus obnoxij. Per hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita omnes homines mors peruaſit, ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον. Stipendium enim peccati mors.* Hinc lethiferum iaculum à Sathana aſtutè ac potenter vibratum adhuc in ipſius hæret corde & medullis, & virus in poſteros transmittit, generatq; *ſobolem ſui ſimilem, conceptum in iniquitatibus, & natum in peccatis, ſeruum peccati, filium iræ*, carbonem infernalem: ſed per Chriſtum vita; quam peperit paſſione, & morte, efficitq; virtute reſurrectionis, aſcenſionis, &c. *Eſtq;* adeo *reſurrectio & vita, conterit ſub pedibus Sathanam, vincit mundum, abolet mortem, adferens iuſtitiam, vitam, immortalitatem*, vt verbum diuinum prolixè teſtatur. Quare Apoſtolus: *Stipendium peccati mors: Donum autem vitæ æterna per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Concludit hæc omnia in faſciculum ita acute, ita neruoſe, ita pie, BASILIVS, vt digniſſima ſint verba, quæ integra (conuerſa) huc ponantur: *Genitus eſt* (inquit) *per mulierem, vt genitos regeneraret; Crucifixus eſt volens, vt inuite crucifixos detraheret. Mortuus eſt volens, vt inuoluntarie mortuos exſuſcitaret: ſuſcepit, quam non ſuſcipiebat mortem, vt eos, qui ſub morte ſunt, viuificaret. Deuorauit ipſum mors ignorans, vbi deuoraſſet, cognouit, quem non deuorauit; Deuorauit vitam, deuorata eſt à vita. Deuorauit vnum cum omnibus, perdidit vnum propter omnes. Rapuit vt leo, confracti ſunt dentes ipſius, quapropter etiam velut debilis contemnitur. Non enim amplius velut leonem timemus, ſed velut pellem conculcamus.* Vtinam demum nos pro his tantis donis Chriſti gratos exhiberemus, ne etiam ſuper noſtra queratur ingratitudine; *Dolorem ſuum tanto acerbiorem eſſe, quo nos ingratiores reperiat*, quemadmodum *Bernhardi* alicubi verba ſonant.

Rom. 5. v. 18. ibid. v. 19. 1. Cor. 15. v. 21. 22. Auguſt. Enchirid. c. 26. Syr. 18. v. 33. Rom. 5. v. 12. Rom. 6. v. vlt. Euolut. Emblematis. Geneſ. 5. v. 3. Pſal. 51. v. 7. Rom. 6. v. 17. Epheſ. 2. v. 3. Ioh. 11. v. 25. vt ſupr. ſap. Rom. 6. v. vlt. Baſil. Epiſt. omnium poſtrema. Vſus. Bernhard.

MVTVA IVSTITIÆ AC PACIS OSCVLA.



Quando Iuſtitiæ Pax oſcula mutua iungit
Continuò rerum copia maior adeſt:
Wan Fried der Gerechtigkeit gibt Kus,
Iſt aller dingen vberflus:
Quand Iuſtice et la Paix ſentrebaiſent nonfeintes,
Il j a plus de biens au monde et moins de plaintes.

Sæuis Lex ſtimulis miſerorum pectora teret,
Quæ recreat Chriſti ſanguine vera Fides.
Was Gſetz mit ſtim laſt nider drückt,
Der wahr Glaub ſolchs wider erquickt.
La Loy fort rigoureuſe n'apporte que frajeur;
Mais le Saint Euangile nous reſiouit le Coeur.

Optimus Reipubl. Status. VT eo melius hanc Tabellã intelligamus, conſulendus & ꝓducendus eſt is ipſe locus Sacri Codicis, ex quo fluit, & de quo deſumptam eſſe
» in propatulo eſt: *Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*

Pſal. 85. v. 9. Sic autẽ ſonant verba: *Audiã, qd loquatur Deus ille, fortis Iehouah, &c. Vtiq; pro-*
ibid. v. 11. *pinqua eſt timentibus eũ ſalus, habitatura eſt gloria in terra noſtra. Benignitas & fides*
v. 12. *occurrent inter ſe, Pax & Iuſtitia oſculabuntur ſe. Fides è terra germinabit, & iuſtitia*
Cardinales *è cœlis, &c.* require locũ. Deſcribit optimũ Reipub. ſtatũ. Oſtendit multipli-
virtutes flo- cem eſſe vſum & fructũ & modũ fruendi talibus bonis Dei donis. Cardi-
rentis Reipub. nales virtutes quibus Reſpub. nixa viget floretq; ſunt: Prima, *Iuſtitia.* § Murus aheneus Regni, Regionis, Vrbis, Reipubl. &c. eſt Iuſtitia; Iuſtitiam ex

æquo

æquo adminiſtrare, ſuum cuiq; tribuere, perſonas nō aſſumere, nec votare munera ſup innocentē: *Deſinite*, inquit Dominus, *malefacere, diſcite beneface-re, quærite ius, beate oppreſſum, ius dicite pupillo, ſuſcipite cauſam viduæ: ſi acquieſcatis & audiatis, bono huius terræ fruemini.* Iuſtitiæ ſuccedit *clementia, benignitas, man-ſuetudo*: hæc conſummat felicitatē Reipub. Non dico de indulgētia nimia, ſed hoc volo: Oportere Rempub. regi *Bonis verbis, & grauibus Pœnis*. Vin' ſci-re, q̄ ſint Reipub. Ahenei muri; q̄ latæ foſſæ; q̄ firma ꝓpugnacula; quæ ro-buſtæ munitiones; quæ valida tormenta; quæ deniq; ſumma vis ac robur ſummū; audi, dicam; Prudens clementia eſt, [*nota quid dicam.*] Quos rigor *Roboami* ad defectionem permouit, clementia ſeruare potuiſſet. *Alphonſum Regem Neapolitanum* nil magis confirmauit, q̄ clemētia & benignitas. Quid auſteritas & rigor faciat, nouitio exemplo doceri poſſet, ſed odioſum eſt. Accedit *Pax & publica Tranquillitas*, hæc regnorum, nationum, vrbium, ac Rerumpublic. *Anima* eſt, qua totum corpus viuificatur & vegetatur, qua perempta emori corpus oportet neceſſario. *Diſtractione elangueſcit bonum propriū ciuitatis, atq; ægrotare incipit & conſeneſcit*, ait *Varro*. Notum eſt de mē-bris corporis humani ſimile * *Menenij Agrippæ*. Et *obeſi* illud paruæ ſtaturæ *Bythonis* ridiculum geſtum. Quod eſt in corpore humano φλεγμονὴ, hoc eſt in Repub. diſtractio, diſſidia, & ſimil. *Lucan.* Exemplo probat

" Vt iam aliter quoties demonſtratum. *Eſai.1.v.17. & 18.* — *Grauiſſ. dictum! CLEMENTIA.* — *1. Reg. 12. & 13.* — NB: *Teſtat. Panormitanus de dict. & fact. eiuſd.* — *Varro lib.1. de vit. popul. Roman.* — * *Ducis aduerſus Sabinos.* — *Eraſm. in Apophthegm.* — *Lucan. lib. 2. de bell. ciuil. pag. 32.*

——Marius quæ mœnia victor
Corripuit, quantoq; gradu mors ſæua cucurrit.
Nobilitas cum plebe perit: lateq; vagatur
Enſis, & à nullo reuocatum eſt pectore ferrum, &c. vide loc.

Fides magnum etiam bonum eſt, vbi omnia candide ac ſincere aguntur. Nam vbi a-nimi diſtracti ſunt, corpora nullo negotio diſtrahi poſſunt ac diſtrahuntur.

Intrant fraudes, cautiq; doli,
Ferrumq; latens, vix vna fides.
Tenet auratum limen Erinnys.

Seneca. Hercul. Oëtaus Act. 3. Scen. 14.

Vbi autē talis eſt Reipub. ſtatus, & hęc gubernacula tenēt virtutes, ibi bo-na plurima à Deo Opt. Max. obtingunt, *Iehoua dat q̄ bonū eſt, vt terra iſta edat prouentū ſuū, &c.* ❡ Ad regnū Chriſti à plæriſq; ferè transfertur: Nimirum ſi in Eccleſia hæ imperitent virtutes, ibi nō minus atq; in ciuili politia cre-ſcunt bona, manet indiſruptū *vinculum perfectionis, & ꝓmittit Dominus benedi-ctionē* & vitā. Si Chriſto cum Moyſe ita conueniat, vt ex illo miſeriam per hunc liberationē edoceare & adipiſcare, & ex illo viciſſim gratitudinem tuam diſcas exercere, implebitur itidē iſtud de quo in hoc Pſalmo. *Arno-bius* q in toto ſuo Pſalterio (ſiquidē verè ipſius eſt, q̄ ego * nō crediderim) ad myſticū ſenſum alludit, transfert ad tēpus aduentus & Natiuitatis Do-mini, in quo ipſum hic quidē audire poſſim⁹, reliqua autē ſæpiſſimè & fal-lit & fallitur. Obſeruemus autē nos in genere iuſtitiæ (vt ſuū cuiq; tribua-mus) benignitati ac māſuetudini (ne omnia delicta nimis acriter ſubduca-mus) & paci (quid.n. hac natura melius, pretioſius, vtilius) hærere, teneri, *vt benedictio Domini ſit ſuper nobis, & gratia eius cælitus in nos defluat.* Y 3

in Pſal. citat. — *Charitas. ad Coloſſ. 3. v. 14.* — *Pſal. 133. verſ. vlt.* — * *non leuibus inductus rationibus.* — *Iudicium de B. Arnob.* — *Pſal. v. vlt.*

NVNQVID MILITIA EST VITA HOMI-nis ſuper terram.



Quid miſer incipiam, vel quó mea brachia tendam? Nam Caro blanditur: Mors terret Mundus
Anceps ſollicitum vexat vtrinq; metus. Tu vitam atq; fidem, tu dabis arma DEVS
Ich elender betrübter Man Ach her Gott verleiüh du mir Gnad
Wie ſoll ich mein leydt fangen an. Daſʒ feindes liſt vnd Macht nicht ſchat
Helaes moy miſerable qu'eſt ce que ie ferai! Ie contemple la Mort, et la Chair, et le Monde.
Je tremble tout de crainte, eſchapper ne pourrai: Mon dieu, ne permets point que ſatan me confonde.

Ambroſius in Serm. de Paſſion. CODICILLUM *Teſtamenti* à Chriſto in cruce pacti *Ambroſius* in hanc formam redigit: *Autor Pietatis in cruce pendens teſtamentum condidit, ſingulis pietatis opera diſtribuens. Iudæis* (legauit) *corpus, Patri ſpiritum, virgini Paranymphum, Latroni Paradiſum, peccatori* (irreſipiſcenti) *infernum, Apoſtolis perſecutionem, omni-*
Iob. c. 7. v. 1. *bus piis Chriſtianis crucem.* Sane *militia eſt vita hominis ſuper terram,* & perpetuo in acie ſtat.

„ *Nunquam bella piis, nunquam certamina deſunt,*
„ *Et quocum certet mens pia ſemper habet.*

Geneſ. 3. v. 16. *Inimicitia indicta* eſt in Paradiſo, & quas cum capitalibus noſtris hoſtibus pepige-

pepigerimus inducias, ex verbis Chriſti colligere habemus: *Quicunq; diſci-* *Marc.8.v.34*
pulus meus eſſe vult, renunciet ſibiipſi, tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui autē *Hoſtes noſtri*
capitales illi hoſtes noſtri ſint, hæc pictura Emblematica nobis ob oculos *SATHA-*
ponere nititur. Princeps hoſtis eſt *Satanas*, q nos adoritur palam, ex inſidi- *NAS.*
is, à dextris, à ſiniſtris, rebus integris & adflictis: Nec eſt contemnendus, vt
leuis miles armaturæ, ſed eſt † *Princeps*, eſt *Deus*, eſt *poteſtas tenebrarum* ipſa, eſt *†Ioh.14.v.30*
fortis armatus, & *Leo & Draco*, magnum torrentem Armaturæ producens: *Is* *2.Cor.4.v.4.* *Epheſ.6.v.12*
petit vt cribret: circuit leo rugiens, quærens quem deuoret. Paulus non inuenit ver- *Luc.11.v.21.*
ba, quibus ipſius poteſtatem ſufficienter deſcribat; ſic ſcribit: *Non eſt nobis* *c.22.31.* *1.Pet.5.v.8.*
colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus PRINCIPES *&* POTESTA- *Apoc.12.v.15.*
TES, *aduerſus mundi rectores tenebrarum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.*
Huic ex inſidiis ſuccenturiatur CARO; Nam *caro concupiſcit aduerſus ſpiritū*, *Epheſ.6.12.* *CARO.*
eſtq; hoſtis omnino periculoſus, vt quem nos cotidie nobiſcum circum-
ferimus, nec poſſibile eſt ipſum effugere poſſe. *Mercenarius diaboli miles eſt* *Galat.5.v.17.*
Mundus, *in quo preſſuram habemus*, nocere ille ſtudet *Mendaciis* ac *Sophiſtica:* *Ioh.16.v.vlt.*
Oportet enim *ſemper hæreſes eſſe:* Nocere tyrannide; *Perſequentur vos*, inquit *1.Cor.11.v.19.*
CHRISTUS: nocere deniq; *malo exemplo: Nam faſcinatio improbitatis obſcurat*
quæ bona ſunt, & circumagitatio concupiſcentiæ transvertit mentem carentem mali- *Ioh.15.v.20.* *Malum Exemplum.*
tiæ, &c. Sed, quid quæſo copiarum ij hoſtes tam potentes producam? quo-
modo victoriam obtinebo? Producante omnia *Fidem*, nam *victoria noſtra* *Sap.4.v.6.* *Panoplia*
FIDES eſt; Vincimus in Chriſto, vincimus cum Chriſto, vincim⁹ per Chri- *CHRISTIA-*
ſtum. Produc *Charitatē*, nam etiā *Inimici diligendi ſunt*. Produc *ſpem*, eſt enim *NI.* *"1.Ioh.5.v.4.*
firma ea vt Anchora. Produc *preces*, nam *preces & lacrymæ ſunt arma Eccleſiæ*. Pro- *"Matth.5.v.*
duc *Patientiam*, & *funeſtam ei dediſti plagam*: inquit *Chryſoſtomus*. Sic armat A- *"vlt.* *Act.7.v.vlt.*
poſtolus, hac induit panoplia hominem Chriſtianum, quando monet: *Hebr.6.v.19.*
Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo. State ſuccincti lumbos veſtros *Chryſoſt. dict.* *Epheſ.6.v.12.*
veritate, induti loricam iuſtitiæ, calceati pedes in præparationem Euangelij pacis: In o- *verſ.13.*
mnibus ſumentes ſcutum fidei, quo poſſitis omnia tela ignea nequiſſimi exſtinguere: Et *verſ.14.* *verſ.15.*
galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, verbum Dei: per orationem & obſecratio- *verſ.16.*
nem, Vigilantes, & orantes, *ne vincamini tentatione. Ad hunc modum tametſi tri-* *verſ.17.18.*
bulationibus & preſſuris mundi præmamur, tamen p̄ter Deum in nullo alio fiduciā ha- *Hieronym.in* *7.c.Michæ.*
bemus, exſpectantes Saluatorem, credentes in eum, oculoſq; ad eum ſemper dirigentes,
ſperamus nos exaudiendos, quoties inuocamus. Denique, cum non *coronetur, niſi q* *2.Tim 2 v.5.*
legitime certarit, attendendum, ne ſuccumbamus, titubare & ictum excipe- *†Auguſt. lib.*
re omnino neceſſe eſt, q̄ nimirum noſtra infirmitas eſt. Nam acerbos ictus *de corrept. &* *Grat. cap.7.*
etiam ſanctiſſimi & exceperunt, & grauiter ſunt hallucinati, ſed ſuccum- *Chryſoſt. Ho-*
bere in totū & in finem electorū non eſt, *dum* enim † *Petrum confeſſio in ore* *mil.3. in Mat-*
deficeret (iurantē, deuouētem ſe, Anathematiſantē ſe) *non tamē defecit fides in* *thæum.c.27.* *Theophylact.*
corde: Nihilominus etiā ſolari labores certaminis poteris προμάχων *An- *in 22.Luc.*
gelorum lucta, inuiſibili illa quidem ſed POTENTI, verum hac propugna- **vt hic gladio pugnat flam-*
tione non ignauiorē, ſed excitatiorem fieri oportet. NON *manti.*

NON POTEST ARBOR BONA MALOS *fructus ferre.*



Relligione Chaos Confuſa imforme ſuborta : Interea quicunque cupis contingere vitam,
Vt Manifeſtentur corda probata Deo Iuſtitiae Radians intueare iubar
Die Religion iſt ſehr verwirt Wer nicht will jrren, der ſich allzeit
Die Rechtſchaffnen werden probirt Vff die Sonn der Gerechtigkeit.
Satan ayant au monde Trouble Religion Dieu l'a permis, afin que manifeſtes fuſſent
Il ne ſen peut enſuivre ſinon Cōfuſion Ceux de miſe, a erreur les infidele creuſent


Arbor Religionis ingenioſa. ARBOREM vides PIETATIS ac RELIGIONIS. Religionis cura natura inſita eſt, ſed naturæ lumine recte ac ſalubriter agnoſci & exerceri nō poteſt. Magnæ pietatis atq; induſtrię eſt, vbi pura colitur, mediante verbo veritatis ſincerè prædicato, vt à plærisq; æque deuote atq; recte ſuſcipiatur. Duo eius ſunt Fundamenta, duæ radices. *Prima* eſt *Fides*, q̄ generat (ſecundū) Amorē, ſiue Dilectionē, eamq; qua Dei, qua proximi. *Age ergo, certū proprium q; Fidei Catholica fundamentū eſt CHRISTVS. Fundamentū enim nemo ponere aliud poteſt, q̄ quod poſitum eſt, q̄ eſt IESVS CHRISTVS. Hac fides neceſſaria eſt, vt bea-*

Auguſt. Enchir. ad Laurent. cap. 5.

vt beatitudinem conſequamur omnibus humanæ naturæ bonis, id eſt, Animi & Corporis. *Et eſt in* CHRISTO *definita, qui in carne reſurrexit à mortuis, non moriturus vlterius*, nec niſi per illum quenquam liberari à diaboli dominatu, per remiſſionem. *Sine hac* aliâs (vera, CHRISTIANA, ſaluifica) fide, *Impoſsibile eſt Deo placere, Impoſsibile iram Dei effugere, Impoſsibile ſaluari.* Ex hac autem fide gignitur Amor & Dilectio, per quam, Apoſtolus dicit, fidem ἐνεργουμένην εἶναι, & ſe glorioſe exercere, vt qui verus Fidei ſit cultor, hunc omnino comitetur amor. Subſcribit non ita pridem allegatus *Auguſtin.* *Iuſtus quidē*, inquit, *ex fide viuit, ſed per dilectionem operatur, ita vt virtutes quoq; ipſæ, quibus prudenter, fortiter, temperanter, iuſteq; viuitur, omnes ad eandem referantur fidem*, &c. Hæc autem ipſa Religio ac fides multifariam corrumpuntur. Et quidem in genere *Idololatria, qua colitur id, quod coli non debebat, & cultus putatur eſſe, quod reuera non eſt.* Nam *quicquid extra verum Deum diuino honore colitur, Idololatria eſt: In quocunq; præter Deum ſpem ponas, Idololatria* adeoq; non religio, ſed religionis tantum meretur dici LARVA? Et fides quæ non nititur DN. NOSTRO IESV CHRISTO *Sotere & Saluatore* nō fides eſt, ſed fidei ſimulacrum, vel ne ſimulacrum quidem; *Et quicunq; cultus* non refertur ad vnius ac ſolius VERI Dei gloriam in ſolidum; falſus cultus eſt, quantumuis magna ſe pietatis ſpecie externa vēditet, vt apud Turcas, qui immane quantum externa deuotionis imagine promicent: tradunt *Leonclauius, Budovvecius*, alij. Corrumpunt religionem Eccleſiaſtici, *hæreſi* & *ſimoniâ*, vtraque exitiali Religionis peſte, & cordium duplici veneno capitali; Nam *vna eſt veritas qua ſaluamur.* Simonia cum ſalute animarum ſtare non poteſt; Nam & qui ſpiritualia, remiſſionem peccatorum & ſalutem animarū, emunt, &c. quiq; vendunt, vtrique æternæ damnationi ſubiacent. Seculares corrumpunt violentia, abſtrahentes à cultu diuino, adigentes ad Idololatriam, non aduertentes illud: *Fides ſuaderi poteſt, cogi non poteſt.* In communi perditur religio * *Damnata Auaritia*, quam *Idololatriam* eſſe & *radicem omnium malorum* Sacra & Eccleſiaſtica proclamant. *Hypocriſis* capitale religionis venenum eſt, nam vt maximè hypocritæ ſe externè ac forinſecus tolerabiles, imo laudabiles præbeant, tamē intrinſecus ſunt pleni fœtoris ac abominationum; Dicam verbo: *Athei.* Magnifice ſe ſæpe efferunt, ſed monſtra alunt, & eſt tantum *vana iactantia.* Hæc monſtra omnia veræ Religioni infeſta, damnantur vno D.N.I.C. effato: *Omnis planta, quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur.* Quare tanquam ſpirituales *Aquilæ* recta & irretorto oculo in Solem Iuſtitiæ intueamur, eum, Ducem, lucemque ſequamur vitæ præuiam, nec ſicut *Talpæ* ad accenſum lucidiſſimum Euangelij iubar volentes ac petulanter cæcutiamus, ſic lucebit nobis ad fidem, pietatem, amorem, ac vitam denique ÆTERNAM.

Idem lib de Trinit. lib. 14. cap. 20.
1. Cor. 3. v. 11.
Hebr. 11. v. 6.
Ioh. 3. v. 36.
Marc. 16. v. 16.
Galat. 5. v. 6.
Loco alleg. ſub fin. cap.
Religio corrumpitur Idolo.
Εἰδωλολατρεία quid?
Leonclauius.
Budovvecius.
Sarracenica Heidelbergenſ.
Vide Extr. de Simonia. in Decret. & Decretal.
Auguſtin. cōtra liter. Petilian. lib. 2. c. 23
Tertullian. ad Conſt. Aug.
**Epheſ. 5. v. 5.*
Coloſſ. 3. v. 5.
1. Tim. 6. v. 10
Hypocritæ ſunt Athei.
Auguſtin. de ciu. Dei lib. 19. c. 5.
Matth. 15. v. 13.
Chryſoſt. Homil. 24. in 1. Epiſt. ad Cor.

SI FILIVS VOS LIBERAVERIT, VERE *liberi eritis.*



En miſerum! diuæ conſtrictum carcere mortis,
Vincula conſtrictè cura manúsq; tenent.
Dilige, quos debes. Fidei quoq; lumine Chriſtum
Reſpice; te ſoluet Spes tua; liber eris.

Der arme Menſch ſteckt hie im ploch,
Geplaget vnderm ſchweren joch:
Glaub, lieb vnd hoff. wie ſichs gebührt,
Chriſtus dich recht frey machen wirt.

Ici eſt enſerre ce pouvre miſerable,
La Mort lui fait tourment, et le Monde et le Diable:
Ainſi es tu, ô homme; Mais ſi ſcais eſperer,
Aimer, et en Chriſt croire, il te vient deliurer.

Captiuitas Fidei, Spei, atq; Charitatis.

CONſpicis virum, manicas ſimul atque pedicas patientem. Qui vir ſiet; ex circumſtantibus ſociis facilè coniectare potes, ſunt illæ, *Fides*, *Spes*, *Charitas:* vnde facile colligitur, *Fidei*, hunc, *Spei*, atque *Charitatis* cultorem eſſe, qui tam iniqua & indigna patiatur, atque adeo ſignificari, illas ipſas virtutes hodierno die captiuas detineri, non exerceri, exercentesque non permitti. Adſtringentibus *Satana*, *Mundo*, *Carne*, per fidelia ſua organa, &c. De *Fide* indubium eſt, nam iam inde ab initio vere fideles propter ſuam *Geneſ. 4.* fidem male habiti ſunt, quod vel ſolum *Habelis* exemplum comprobatum

facere

facere poteſt. Poſt miniſterium Chriſti nihilo mitius habiti ſunt vere-fideles, certe Petro, Iohanni, Iacobo, carceri mancipatis, manicæ pedicæque iniectæ, Paulo ac Silæ (ſeu Siluano) inprimis, de quibus ſcriptum eſt: καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Idem euenit poſtmodum conſtantibus Chriſti fidelibus. Vt iam non dicam de carceribus piorum huius noſtri temporis, & integri ſuperioris ſeculi, & quàm multi in ipſis vinculis εἰς τὸ ξύλον fideliter & feliciter exſpirauerint, & animas ſuas in manus Saluatoris ſui depoſuerint. Verum hoc maximè ſolatur, vtut fideles vinciuntur, *Fides tamen, fidei verbum, fideiq; præconium vinciri non poteſt*, ſed *currit*, & quidem, ſecundum Pſalmiſtam, *velociter*. In communi vita quàm *nulla fides eſt in* dictis, factis, *pactis*, vt iure cum *Hieronym.* conqueri liceat: *Rara nunc fides eſt, cum aliud in labiis, aliud in corde verſatur: Venenũ animi, linguæ melle tegunt. Hieronym. in 7. cap. Michæ. Bonæ ſpei homines* vinciuntur, vinciuntur equidem *propter ſpem bonã, quæ in ipſis eſt*, q̃ ipſis ereptam volunt carnifices, vt etiam cineres ipſorum in præterfluentes diſperſi legantur. Sed *ſpes non confundit*. Et ita cum ſperantibus emoritur, vt ſimul cum ipſis reuiuiſcat, imo vt ſperatis plenè potiantur. Deniq; *Charitas* itidem vincitur εἰς τὸ ξύλον, ſi non plane exulare iubetur. Quod eo melius experiemur, ſi oculos circumcirca conuertamus I. In *Templa & Scholas. Eſſet quidem Charitatis officium, paſcere Dominicum gregem*, ſed Sacerdotes non ſincerè amant ac curant ſuos Auditores, *paſcunt ſeipſos:* ſacra paſcua inficiunt lethiferis herbis, quod eſt captiuare charitatem, imo occidere. Auditores odio habent ſuos Paſtores, præſertim ſi pro dignitate *paulò aſperius* ab illis obiurgentur: *Odio habent eum qui ſana docet & ſalutaria*, Propheta inquit. Adeo autem Charitas apud hos tales exſulat, vt etiam fidis ſuis animarum curatoribus propterea detrahant, eos infeſtẽt, ac quoquo modo perſequantur: *Experto crede Roberto!* ô charitatem! Pergamus *in Aulas, in Dicaſteria, in Curiam*, &c. vbi Proſopolepſia? vbi acceptio munerum ſuper innocentem? vbi vis ac violentia? niſi ibi SÆPE: ſæpè, inquam, & *interim patitur iuſtus*, qui damnatur; abſoluitur iniuſtus. ô Charitatem! Expilationes, grauamina, alia non attingam. ô Charitatem captiuam! Progrediemur *in Oeconomias*. Opifices, artifices, compendia quærũt, cum damno ac detrimento proximi. Vbi hic Charitas? Omnes ſua quærunt. Proximus quiſq; ſibi. ô Charitatẽ! Apud mercatores, propolas, myropolas, ſimiles, lances doloſæ, falſæ menſuræ, diminutio vlnæ; palea pro tritico: omnia cõmunia! ô captiuã Charitatẽ! Regnat ira, inuidia, acedia ſeu rancor, conuitia, probra, obtrectationes clandeſtinæ, calumniæ, falſa teſtimonia; vbi hîc Charitas? ſi non vincta eſt εἰς τὸ ξύλον, vaga certe eſt, proſcripta eſt, exſulat. Quid poſſumus denique aliud, niſi ingemiſcere: *O pie* CHRISTE, *bone* IESV, *cœleſtis clauiger, Veni & noli tardare, & captiuum tuum miſericorditer libera per ſanguinem tuum!* Fiat!

Actor. 4. 5. 16. &c.
Act. 16. v. 24.
Conſul. Martyrolog. maius & minus.
2. Tim. 2. v. 9.
Pſal. 147. v. 15.
1. Pet. 3. v. 15.
Euſeb. lib. 5. cap. 2.
Rom. 5. v. 5.
Gregor. in Paſtor. Et in Moral. Itidem in Regiſtr.
Amos. 5. v. 10.
Habac. 2.
Hebr. 10.

NON VIDENTES, VIDEBVNT; ET VIdentes, cæci fient.



Fax Euangelij lucet ſuccenſa per orbem, Mater at errorum fœcunda eſt ſæuit Erinnys.
Quo ſimul offertur ſpes, via, vita, ſalus. Mundo gaudentes ſuaſio vana necat.
Das helle liecht aus Gottes wort. Doch geths in der welt ſältzam zu,
Iſt angezundt au manchen Ort. Steckt vol betrug, liſt vnd vnruh.
Du ſeigneur la lumiere au monde ſa clarité Le Monde cependant a un tel bien ſ'oppoſe
E[illegible] elle nous offre le Salut merité. O Monde malheureux tu ne ſcais autre choſe.

Euolutio Emblematica.

LIBER *cœleſtis Veritatis* explicatus eſt, non tantum prædicatur verbum Dei vbique propalam, ſed micat etiam ſplẽdidiſſima eius fax in omnibus linguis longiſſimè, latiſſimè, vt qui pio ſalutis ſuæ deſiderio, bonoque & ſecundum ſcientiam zelo flagrat, ſalutis ſuæ non poſſit eſſe anceps aut dubius. Sed quis eſt hic homo, qui ad tam roſeum iubar, ad tam ſplendidum fulgorem, imo qui ad meridianam lucem neſcio quàm obſcuram; quàm malè-olidam; quàm deceptricem lucernam accendit; ô Tenebriones! qui cæcutire quàm in clara refulgentẽ luce veritatem aperte contueri malunt.

CAVSÆ, cur multi à ſalutari veritate exorbitẽt.

malunt. Sed; quid quæſo cauſæ eſt, quod in tanta claritate veritatis tam multi ſunt, qui ei non adſentiuntur? Ex multis hæ: *Naturalis Dei ad ſalutem ignorantia.* Nam, *Naturalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus DEI.* *Studium indefeſſum* † *Satanæ*, qui radios veritatis tàm potenter iuſto Dei iudicio prohibet, *vt credant mendacio.* *Fulgor Mundi*, quod Primates: Imperator, Archi-Duces, Duces, Principes; imo & cognati: Pater, Mater, Frater, Soror; ſimiles veritati fortè non adſentiantur. *Nuda veritas eſt.* In *aprico eſt.* Proculcantur Sacra Biblia propalàm, quare cum *Omnis homo mendax*; verbum autem infallibile ſit, *ad Legem & ad Teſtimonium*, non homines, erat attendendum. *Honores huius æui*; ô quàm multorum oculos hîc fulgor præſtringit, vt agnitæ veritati recalcitrent. Sed opprobrium Chriſti, gloria cœli. Gloria Mūdi, opprobrium Chriſti, & æterna damnatio. *Leuitas multorum*, qui volunt decipi. At agitur Gloria Dei & ſalus Animarum. Μὴ πλανᾶσθε, Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. *Fœcunditas Errorum & Sectarum.* Sed *omnia* erant *probanda*, & quod *bonum* erat *retinendum*; maximè in tanta luce Euangelij. *Phariſaicus furor, odium, liuor, & inuidia*, qui inprimis Eccleſiaſticorum corda occupat. At illi conſiderare exempla debebant. *Sanè! in Chriſtianis olim aliud damnabatur nihil, niſi vnum ac ſolum nomen, nulla ratione. *Opimæ præbendæ*, & è contra metus paupertatis. *At ſi totum mundum lucrére, & animæ iacturam patiare, ad quid proderit tibi?* *Oſcitantia in perquirenda veritate:* Plerique enim putant, Eccleſiaſticorum tantum eſſe, capitibus religionis intendere cognoſcendis penitùs, ſuum eſſe forenſia, opificia, Oeconomica, &c. tractare. At religionis curam nôſſe illi debebant præcipuam eſſe, & ſalutarem agnitionem Dei omnibus ad ſalutem neceſſariam. *Quærendumq;* adeo *primum & ante omnia regnum Dei*, in quod conditi, redempti, electi, ſanctificati, &c. *Vana perſuaſio.* Sicut enim *Seneca* ait: *Multis obſtare, quo minus ad ſolidam ſapientiæ cognitionem perueniant, quoniam ſe perueniſſe putent:* Ita & hic in cauſa fidei. Sed fides noſtra non vana perſuaſione, ſed indubitata veritatis cognitione niti dicitur. Hùc pertinet etiam *præiudicium*, & *præconceptæ opiniones*, quæ quantopere noceant in negotiis religionis præconcepta opinio diſcipulorum Chriſti de corporali regno abunde edocere poterat. † *Calumniæ*; quibus veritas inceſſitur. At ſemper id factum. *Metus contemptus & odij.* At præualere debebat gloria Dei, propria ſalus. Quæramus igitur orantes, & oremus inueſtigantes ſincero corde, & veritas nobis obſcura eſſe, aut nos planè latere, non poterit.

1.Cor.2.v.14.
† *Matth.13. v.25.*
Luc.8.v.12.
2.Theſſ.2.v.12.
NB.
"*Ex Pſal.16.*
"*v.11. in*
"*Epiſt. ad*
"*Rom.3.v.4*
Eſai.1.v.20.
"*Non omnes*
"*ſimiles be-*
"*neuoli illius:*
"*Tripart.l.9.*
c.20.&c.
Heb.11.v.26.
Galat.6.v.7.
1.Theſſ.5.v.21
* *Cæcum odiū Caij cæcus amor Titij. Et Bonus vir (Seius, ſed tantum malus, quia Chriſtianus. Tertull. Apol.3.*
Matth.16.v.25. & Marc.8.v.36
CROESVS & IRVS erunt æquales.
O Corydon, Corydon, quanta hæc dementia vulgi eſt?
Huc pertinet ἐν τρόμῳ καὶ φόβῳ. *Phil.2.*
Matth.6.v.33
Senec. dict.
πληροφορία
Heb.11.v.1.
Matth.20.
Luc.22. Act. 1.&c.
† *At vel Nero dicet: Si accuſare ſufficit, nemo innocens erit. &c.*
Heb.11.v.26.

DOMINVS RESPICIT COR.



Diues hic ad Dominũ non corde ſed ore propinquat: Pauper hic ad Chriſtum toto ſed corde precatur
Mille locis errat mens vaga, lingua rogat. Pauper hic auditur, dum miſer ille perit
Der Reich man bet zwar mit dem Mund, Der arm wendt ſein gantz hertz zu Gott,
Geth Aber nicht von hertzen grund: Vnd komt zu gnad, jener zu ſpott.
A grand peine (nous dit la treſſaincte Eſcriture) D'un Riche qui de leures prie Dieu, mais ſon coeur
Des Riches ſont ſauves: vois tu la pourtraicture Eſt ailleurs: de ce Pouvre le cœur tend au Seigneur:

PRECATIO.

Ex Cyprian. in Epiſt. de Orat. Domin. & Epiſt. de Lapſ. Refert Fulgent. lib. 2. ad Thraſim. Regem.

Ierem. 17. v. 10

Euolut. Emblematic. 9

OPponuntur *Precatio vera* & *Precatio falſa*. Differentia autem præcipuè, quinimo vnicè in motibus & adfectibus cordis conſiſtit. Nam *oratio res eſt cordis magis quam vocis: quia Deus non vocis, ſed cordis præcipue Auditor eſt, nec admonendus eſt clamoribus, qui cogitationes videt, & mentis conceptus, intra ipſas adhuc clauſi pectoris latebras intuetur; qui dicit apud Ieremiam: Ego DOMINVS ſcrutans cor.* Quare, qui heîc propius ad aram conſiſtit, proximus etiam Deo eſt corde, nam ex agnitione peccati ſui, & iuſtæ iræ Dei aduerſus peccata, contritus eſt totus corde, & adflictus ſpiritu, fatetur noxam, deprecatur, veniam implorat, adeoq; *toto ſpiritu ac fide fertur in vulnera Domini noſtri IESV*

CHRI-

CHRISTI, per quæ ipſi propitius eſt redditus DEVS, ideoque vere implet, quod Chriſtus monuit: *Deum ſpiritum eſſe, eoque in ſpiritu ac veritate eſſe adorandum:* ſed de hoc ſuperius abunde diximus, vt de eo nunc amplius ſuperſedendum cenſeamus. Cæterum qui & eminus geniculatur, toto etiam corde longiſſime abeſt à Deo, tametſi videatur corpore ad Deum appropinquare. Quæſo autem te, pie, quot in locis diuerſiſſimis diuagantur cogitationes mentis, cordisve eius. Eſt apud 1. ſementem facientem ſeruum. Eſt apud 2. præteruehentem currum. Vagatur etiam in 3. æquore & apud ſua 4. mercimonia, adeo anguſta ipſi terra eſt facta, vt etiam inter ſæuas procellas maris iactetur. In 5. ciſta pecuniaria *regnat*. In recens 6. exſtructis ædibus *habitat*. Iam 7. vxorem amplexatur, ſuauiatur, &c. ô cor diuiſum! ô ſtolidum caput! quantum tu fœtorem in ſanctum Dei conſpectum producis! *Neſcin' tu, quàm graue ſit oratione contrahere peccatum, vbi ſperas remediũ.* Audi, obſecro te, *Chryſoſtomum*, nam illum obiurgantem te, quàm me lenius feres, ſic ille: *Labia tua mouentur ſolummodo, mens autem ſine fructu eſt, & aures eius ſurda ſunt. Tu non audis orationem tuam, & Dominum vis audire precem tuam? Flexi* (inquis) *genua? Curuaſti quidem genua, ſed mens tua foris vagatur. Os quidem loquebatur, ſed mens vſuras cogitabat, poſſeſſionem redditus ſupputabat, deſcriptiones domorum videbat, amicorum verba voluebat, negligentias intuebatur famulorum, paraſitorum vrbanitates ridebat, mulierum ſpeciem conſiderabat.* Hactenus *Chryſoſtomus*. *Quomodo Deum, vt tibi attenderet, orare poteras, qui tibiipſi non attendis?* inquit *Cyprianus*. *Sola anima, nihil carnis, carnaliumq́; cogitationum in oratione attrahens loquitur Domino. Auguſtin. in Pſal.* 111. Non quidem omnes cogitationes inter orandum vitari poſſunt, ſed hoc fugere poſſumus, ne præualeant, & deuotionem ſupprimant, vt *ſimil. ab auibus* ſumpto *Pater* ille declarabat. Vidẽdum etiam ne cogitationes ſint *ludicra*, quemadmodum qui equum depoſuerat, ſine cogitationibus ſe oraturum ſtipulans, in medio autem orationis curſu de fræno quæritabat. Leuitatem! Cogitare debemus, maius quidpiam facere nos non poſſe, quam cum ſumma poteſtate colloqui, quare etiam & verba eo humilius formari, & habitum eo decentius componere debebamus: Denique *in ſpiritu & veritate* adorare, vt ſuprà. ***Clauſum cordis cubiculum intrantes, quo non membra clauduntur, ſed includuntur cogitationes, verſanturq́; ſenſus, cuius arbiter nullus eſt niſi ſolus Deus.***

Iob. 4. v. 24.

Vide Eſai. 29. v. 13. Matth. 15. v. 8

Vide Auguſt. in Pſal. 3. Hieronym. in Epiſt. ad Salnian. de ſeruand. viduit.

Ambroſ. de Cain & Abel. cap. 8.

Chryſoſt. Homil. 12. de mulier. Chanana.

Πρόληψις.

Affectiones peſſima inter orandum.

Lib. de Orat. Domin.

Occupatio.

Aues prohibere nidificãtes. In vitis Patr. non prætervolantes.

Luther. memorat. hiſtor. lib. de ſimplici modo orandi.

Supra Emblema. 73.

Ambroſ. de Cain & Habel. cap. 8.

SORTES

SORTES NOSTRÆ IN MANV DOMINI.



Tres numero Parcæ tria volvunt Tempora rerum:
(Scripta Poëtarum ſi meruere fidem)
Volvit Clotho colum Lacheſis net et Atropos occat;
Stat ſua cuiq; dies: mors ſua quenq; manet.

Ein weib helt hie den Rockenſtab,
Das ander ſpint, das dritt ſchneidt ab;
Diß aber wirtt dadurch bedeüt:
Eim ieden ſey beſtimt ſein Zeit.

Trois Femmes il y a qui des humains la vie
Conduiſent, ſi vray dit l'ancienne Poeſie:
Clotho tient la quenouille, Lacheſis le fuſeau,
Atropos ſouvent coupe du jeu tout au plus beau

PARCÆ.

Ex Heſiod. ἐργ. καὶ ἡμερ.

Ex dict. Cleanth. Ducant volentem fata, nolentem trahunt.

Apulei. Interpretat.

PARCARVM apud Gentiles Fabula non eſt. Commenti ſunt de his, ꝙ ſint tres puellæ ſorores, Deæ, quod vitam hominis & eius fata, ortũque ac finem in manu habeant, & omnia diſcutiant; Nomina earum ſunt: *Clotho, Lacheſis, Atropos.* Ad vnum colum ſunt omnes. *Clotho* ſtans colum tenet: *Lacheſis*, quæ filum ducit, ſedet: ſedetq; quæ occat, & amputat Atropos. Ait *Apuleius:* Tres *Parcæ* tria fata ſunt numero cum ratione facientia, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem Temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti habet ſpeciem; & ꝙ torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpatia, & quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactumq; cura digitorum, futuri & conſequentis ſeculi poſteriora videtur

detur

detur oſtendere. Sic vides etiam vetuſtos ſaniores ſub harum fabularũ inuolucris aliud dixiſſe, aliud intellexiſſe: quod & *Lactantius* vidit, alicubi ita ſcribens: *Omnia cum tribus temporibus contineri neceſſe eſt, præterito, præſenti, & futuro. Præteriti eſt origo, præſentis ſubſtantia, futuri diſſolutio, quæ omnia in ſingulis hominibus apparent. Incipimus enim cum neſcimur, ſumus cum viuimus, deſinimus cum interimus. Vnde etiam Parcas tres voluerunt eſſe Poëtæ.* 1. *Vnam quæ vitam hominis ordinet.* 2. *Alteram, quæ contexat.* 3. *Tertiam quæ rumpat & finiat, & quæ in hoc verſiculo continentur:*

NB.
Inſtit. diuin. lib. 2.
Clotho.
Lacheſis.
Atropos.

Clotho colum baiulat, Lacheſis net, & Atropos occat.

Non reiicio hanc interpretationem, ſed potius confirmo; opinor autem, q. per ventum innotuiſſe Gentilitiæ vetuſtati, de tribus Perſonis Diuinitatis, quæ ſint vnus ille verus Deus, qui tempora ordinet, trahat, ac finiat, eumq; vnicuiq; diſpoſuiſſe dies vitæ, & dierum vitæ. Fata, ita vt ortus noſter atq; occaſus ſit ἐν γούνασι Θεοῦ, & ſolus Deus proſtituat tempus quodq; venturum, quod ipſum vt opinor facit numerus perſonarum, facitq; explicatio fabulæ, quam ad partem audiuimus, facit denique ipſum verbum Dei. *Iob* ait: *Homo natus de muliere, breuis ætate & ſatur commotione. Vt flos ſimulac egreſſus eſt, & fugit velut vmbra, neq; conſiſtit. Quandoquidem præciſi ſunt dies eius, numerus menſium eius penes te eſt, determinationes eius feciſti, quas non prætergrediatur.* Et proprio exemplo *Dauid: Celebro te* (Iehouah) *eo quod ſuſpiciendis operibus iſtis* in *admirationem adducor, celebro mirabilia opera tua, quam maxime nouit animus meus*, &c. *Maſſam meam vident oculi tui, in libro tuo hæc omnia ſcripta ſunt, ex quibus diebus formabantur, quum nullum vſq; quam adhuc exſtaret.* De *Salomonis* ſententia peruulgatum eſt, *Habet ſub cœlo vnumquodque ſuum tempus*, &c. *Tempus naſcendi, tempus moriendi.* Hinc adeo factum eſſe auguror, quod dictæ ſunt *Parcæ ἀντιφραστικῶς, non enim parcunt.* Poteſtati non minimo viribus: non opulento: non pauperi, &c. NVLLI, quod confirmat Poëta:

Ad eundem modum & alij Ethnici.
Plato in Timæo, &c.
Triſmegiſtus.
Ariſtoteles.
Xenophon alij, &c.
Iob. 14. v. 1.
ibid. 5.
Pſalm. 139. v. 14. & v. 15.
ibid v. 16
Verſ. Luth. Germ. ſignificantior. vt & vulgat. ed.
Eccleſ. 3. v. 1. 2 & ſeqq.

Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec Surdos *vox habet iſta Deos.* Et iterum:
Lanificas nulli tres exorare puellas,
Contigit, obſeruant quem ſtatuere diem.

Martial. Epigramm.

Nos fabula miſſa ſenſum retinemus, non propter fabulam, ſed propter infallibile, facem his præferens, verbum Dei; & quoniam terminus DEI notus, nobis incognitus eſt, loca, horas, tempora, omnia ſuſpecta habemus, memorantes:

Quem dies vidit veniens ſuperbum
Hunc dies vidit fugiens iacentem, &c.
Miſcet hæc illis prohibetq; Clotho,
Stare fortunam, rotat omne fatum, &c.
Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat.

Senec. Thyeſt. Act. 3 Scen. 11. & id.
Senec. Hercul. Furen. Act. 1. Scen. 6 7.

AMORI CEDVNT OMNIA.



Dum furis et fundis temulento ſpicula cornu Effuſi rapiunt te, vane Cupido, iugales.
Matris et Idaliæ fana profana colis: Præda puella tibi eſt: ſunt tibi præda viri.
Die Lieb ſcheüſt aus ihr ſcharpff pfeil, Zu Venus Kirch: ſteth vff dem bergk,
Ihr freche pferd treibt ſie in eÿll Daſelbſt geſchehen ſältzam werck.
Cupido Dieu d'amour qui tes piquantes fleſches, Les homẽs et fẽmes tant pires que meilleurs
(Ayant tes Ieux bandes) deſchoches, et alleches, Te ſont tout vn, et rire et pleurer fais pluſieurs.

Προκίςη δὲ κακῶν πάντων ἐπιθυμία. POTENTIAM Cupidinis [hoc eſt] Libidinis *καὶ Ἀφροδισίων* pingit nobis hęc Tabella: Infernalis enim cupido ex alto, cuiuſvis ordinis homines iaculo ferit, & ſub poteſtatem ſuam iugumq́; mittit. Primum proximè Cupidinem locum ſibi ſumpſit impudicus ille Sodomita, Inceſtuoſus, Adulter, Leno: & nihil non huiuſmodi, Iupiter. ô cæcam Gentilitatem! Rectius vidit *Homerus*, qui ſcribit:

Homerus Odyſſ. ξ.

Οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσι, &c.

Clemens Alex. in Pædagog. Et ex *Euripide Plutarchus* citat. *Εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶ θεοί.* *Omnia* enim *dicenda ſunt potius, quàm Deũ malum facere*, vel *θεὸν τοῦ κακοῦ αἴτιον εἶναι*: vt noſter

noſter *Clemens Alexandrin.*inquit. Quid enim homines facient,ſi Dij talia auſint? *Chærea Terentianus* talium blaſphemarum fabularum vſum graphicè depingit,quando ait:

« NB.

Suſpectans tabulam quandam pictam,vbi inerat pictura hæc, Iouem
Quo pacto Danaæ miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum
Egomet quoque id ſpectare cæpi,&c.
At quem Deum? qui templa cœli ſumma ſonitu concutit!
Ego Homuncio hoc non facerem? &c. ô barbaram libidinem!

Terent.in Eunuch.Act.3, Scen.5.

Sed ô incircumſpectam & futilem Gẽtilitatem! quam hoc cõmento vim atq; potentiam libidinis ſubindicare voluiſſe,mihi perſuadeo,q̃ certe nõ in *Priamo* ac *Thyſbe*,non in *Eurialo* atq; altera *Lucretia*, non in *Chærea* & ſuo ſcortillo,ſeſe exeruit,ſed in multo maioribus atque eminentioribus hiſce: In fortiſſimo nimirum *Hercule*. In *pugnaciſſimo Marcello*. In *bellicoſiſſimo Alexandro*.In *Ouidio*.*Tibullo*,& aliis. Et ne noſtra obmittamus in *Lotho*, *Samſone*,*Dauide*, *Salomone*, & aliis tam paruis & medioximis, quàm magnis, vt maxima libidinoſorum pone Cupidinis rhedam hîc ſequens conteſtatur turba.Sed ſapienter ac fideliter monet Seneca:*Libidinis initia continebit,quia exitum cogitat, non caput,ſed cauda eius ſpectanda erat.* Sane ſi in vllũ aliquod vitiũ grauiter Deus animaduertit,in hoc libidinis ſcelus certe grauiſſime.

Euolutio Emblematica.

Seneca lib. Mor.§.11.

Grauiſſimũ libidinis vitiũ hæſit Dauidi in affecta fere ætate, ſed totum id tempus,ꝙ commiſſum illud crimen,ſecutum eſt,plenum fuit perſecutionũ,ærumnarũ,turbarũ: Soror à fratre vim patitur.Frater fratrẽ per horrẽdum parricidiũ trucidari iubet. Ipſe Dauid regio pellitur ſolio,& in acerbiſſimũ exſuliũ excutitur. *Holophernes* in medio libidinis incendio perimitur & capite truncatur.Libidinoſi *Neronis* αὐτόχειρος,Heliogabali in cloaca interfecti:Ipſe olidiſſima ſcelerũ cloaca,&c. Tragicos exitꝰ quis ignorat?Turpiſſimus adulter *Vitellius* nunquid turpiter periit? Itidem *inceſtuoſ.* *Caracalla*,&c. *Popil.***Macrin.* iuſtiſſime ſtatuit,vt duo milites,qui hoſpitam ſuam per vim compreſſerant,duobus bouibus includerentur exertis capitibus,vt colloqui poſſent donec exſtinguerentur. Hiſtoriam *euerſæ Troiæ* propter raptum *Paridis* cantant. *OEdipus* etiam inceſtuoſus, tametſi per ignorantiam,peſſimo exemplo periit. Impuriſſimi iſtius hominũ ſterquilinij,quem non puduit Natæ ſinum permingere,vt *Sannazarius* canit, *Alexandr. VI.Pontif.Roman.* Exl.non ignoramus. *Otto Imp.*furtiuam ſuam cum Creſcentij Rom.conſuetudinem Deus per illud ipſum propudium morte Cæſ.priuſquam in Germaniam veniret,grauiter vltus eſt.Non iam dicam de *Diluuio*,de *Excidio Sodomæ & Gomorrhæ*,de *Samri* & *Baal-Peor*, de *Beniamitis*, de triſti occaſu *Samſonis*,Gigantis & pij ac fortiſſimi. *P.Tarquinij Superbi. Appij* nece,de Adraſtia Nemeſi in *Laconas* propter ſcelus in *Scedaci* filias cõmiſſum. Sed deſino:Nunquam quiſquam multum tulit facinus libidinis admiſſum.

*2.Sam.13.**
*2.Sam.14.**
2.Sam.15.16. 17.18.
Sueton.in Neron.Auguſt.
Æl.Lampri. in Heliogab.
Sueton.in Vitell.
Ex Iul.Capitolin.
**refert Philipp.*
Id.in Chronic.
Samazarius. Platina.Balaus.Alardus omnes.
Ioan Baptiſt. Egnat.in Othon.3.

PVDICITIÆ TRIVMPHVS.



Tale Pudicitæ decus eſt, hoc ore triumphat,
Poſt fractos arcus, cæce Cupido, tuos;
Templa petit, caſtos aris vt ponat honores:
Victrices palmas addita turba gerit.

So komt die keüſchheit vffgeZogen,
Wan ſie Zerbrochn der Liebe bogen
Vnd eijllt als bald Zum Tempel Zu,
Das ſie daſelbſt ihr Opffer thu.

C'eſt ainſi que triomphe la belle Chaſteté,
Apres auoir les fleſches au Dieu d'amour oſté:
Au temple elle ſ'en va, pour offrir ſacrifice,
Deuant elle et apres vont les vainqueurs du vice.

PVDICITIA, quanto in honorē priſcis temporibus habita fuerit, id virginum ex veſtaliū exemplo relucet: *Valerius Maximus* oratorie quidem ſed grauiter: *Vnde te virorum pariter ac fœminarum præcipuum firmamētum inuocem. Tu enim priſca religione conſecratos Veſtæ foros incolis. Tu Capitolinæ Iunonis puluinaribus incubas; Tu Palatij columen auguſtos penates ſanctiſsimumq́ Iuliæ gentis genialem thorum aſsidua ſtatione celebras. Tuo præſidio puerilis ætatis inſignia munita ſunt. Tui numinis reſpectu ſincerus iuuentæ flos permanet. Te cuſtode Matronalis ſtola cenſetur.* Id autē intereſt inter *Pudicitiam* & *Caſtitatem*, ꝙ illa in affectu, hæc in effectu conſiſtit. Tantæ autem dignitatis ꝓceſſit PVDICITIA apud priſcos, vt & *Conſul Romanus*, imo *totus Senatus* virginibus veſtalibus, ꝓpter ſeruatam.

Lib.6.cap.1.

Encomium Pudicitiæ Rhetoricum.

Diſtinctio inter Pudicitiā & Caſtitatem.

A.Gell lib.10 cap.15.

uatam Pudicitiam de via decederẽt. Vnde tanto atrocius in ipſas animaduerſum eſt, poſtq̃ compertũ eſt, Impudicitiæ luem ipſas inuaſiſſe. Virginiꝰ certe Rom. tametſi plebeij generis, Patricij tamen ac nobiliſſimi ſpiritus homo, cum filiæ vitiũ ipſi innoteſceret, maluit pudicæ interemptæ, quam corruptæ pater eſſe. Non diſputo q̃ recte quamve ſecus factum. Pudicitiæ ſaltẽ ſemper fuiſſe laudem multo maximã probare intendo. Idem *P. Auſidianus*; idem *P. Attilius Philiſcus*, vt recte concludat Val. *Quàm ſanctam igitur pudicitiam fuiſſe exiſtimare debemus!* &c. *Gratia*, inquit Sapiens, *ſuprema eſt pudica & fidelis mulier: Neq; eſt pretium vllum æque pendendum ac temperans anima illius: Vt Sol Domini oriens in altiſſimis, ita * Pulcritudo bonæ mulieris eſt in ornamento ipſius. Vt columnæ aureæ impoſitæ baſilicis argenteis: Vt lucerna elucens in lychnucho ſancto: Ita*, &c. *Fallax gratia & vana eſt pulcritudo mulier timẽs Dominum, ipſa laudabitur*. Hoc autẽ non huc trahi velim, q. Pudicitia fœminei tantum ſexus ſit, cum virorum pariter ac mulierum pretioſiſſimus ſit Theſaurus, & illuſtriſſimum ornamentũ. Tam enim laudabilis eſt in *Ioſepho* pudicitia, quam turpis in *Dina* impudicitia. Et impotens in *Amnone* impudicitia tragicũ ſortita eſt exitum; magnam laudẽ ſortitus Xenocrates; magnam ab initio Alexander; magnã Scipio, &c. maximã Ioſephus, &c. *Quæſitum* eſt, vtrum expugnato corpore, pudicitia ſit etiã expugnata, ſed reſpondemus ex *Hieron.* *Corpus ſanctarũ mulierũ non vis maculat, ſed voluntas. Thamar Dauidis* filia, virginitatis florem amiſerat, pudicitiã non amiſerat. Stulte *Lucretia* ſe interimit quæ inexpugnatũ ac pudicum animum gerebat, in oppreſſo corpore. Felicius & rectius *Comathia Orthiagontis* vxor, q̃ tribunum, à quo paſſa vim erat, capite ꝑ inſidias plecti iubet, idq; ad pedes admirantis mariti abiiciẽs, dixit: *Præclarũ puto, vnum duntaxat, q mecum concubuerunt, viuere.* Quare recte etiã illa paupercula, rogata, ecquã ſponte dotem allatura eſſet; *Pudicitiam reſpondit.* ô opulentam dotẽ! Hæc.n.omnibus theſauris, gemmis, vnionibus, & totius diuitiis mundi incõparabiliter pretioſior. *Antiochus tertius cũ Epheſi* moraretur, atq; Dianæ ſacerdotem vidiſſet ſupra modũ eleganti forma, continuo ſoluit, ne quid ſe indecens tentaret! Pudice! Improbe ille alter, qui ne à *Stratonica* nouerca ſibi temperabat. Maiori honori ac gloriæ eſt *Scipioni* Lucio ſponſam illibatã dediſſe q̃ Carthaginem expugnaſſe. *Ioſephi* magna gloria in Imperio, maior pudicitiæ. Deus pudicitiæ *Saræ* & *Suſannæ* vindex probauit quantopere pudicitia ſibi probaretur. Parũ erat pudicam ẽt *Iudithã*, niſi capitalẽ pudicitiæ hoſtem etiã ſuſtuliſſet, vt *Comathia*, ſed meliori fortuna *Zenobia* nõ niſi tentandarum conceptionũ gratia cum marito coibat, quas vbi cõperiſſet, à concubitu abſtinebat. ô pudicã mulierem, q̃, ſi fieri poſſet, etiã ſine concubitu ac dolore parere digna erat, q̃ ſine voluptate concipiebat! Quare quicunq; *Pudicitiæ* hactenus ſtrenuè ae gnauiter hæſerũt cum *Ioſepho*, &c. incõparabilem theſaurum ſeſe cuſtodiiſſe certo ſciãt, ſin vero eius naufragiũ ſunt paſſi, colligant tabulas, cum *Themiſtocle, Alcibiade, Polemone: Humanum eſt errare, at in errore perſeuerare, prorſus diabolicum!*

Ludou. Viues de Inſtitution. fœmin. Chriſtian. lib. 1.
Valer. loc. alleg.
Idem ibid.
Syrach. 25. v. 20.
ibid. v. 21.
** Pudicitiæ.*
ibid. v. 22.
Prou. 31. v. 30
Geneſ. 40. & 34.
*2. Sam. 13. **
Quæſt.
Reſp. Hieronym. Quæſt. Hebraic. in Geneſin.
Eraſm. in Apophthegmat.
Ibid. & Valer. Max. lib. 6. c. 1.
Eraſm. ibid.
Ex Trogo Philipp.
Ex Liu. Gellio, Plutarch. &c.
*Geneſ. 40. **
Geneſ. 12. & 21.
Iudith. cap. 12
Trebell. Pollio de 30. Tyrann.
Pura Exempla requirit apud Ludou. Viu. Lib. de Inſtit. fœmin. Chriſtian.

SIC TRVCVLENTA METIT SÆVA MORS omnia ſalce.



Ferrea, cruda, rapax, tauris invecta proteruis
Omnia Mors uncâ falce timenda metit:
Obuia quæq; ſibi proſternit; parcere neſcit
Poplitibus iuvenum poplitibuſue ſenum.

Der grauſam Todt vff ſeinem Sarg
Zwen Ochſen wild fuhrt an dem karch,
Hauwt mit der Seuſen alles vmb,
Es ſeÿ hoch, nider: ſchlecht oder krumb.

O Mort, cruelle Mort qui pitié de perſonne
Ne ſcais iamais auoir; et qui aux vns es bonne,
Et aux autres mauuaiſe: par toy montent aux cieux
Les vns, les autres vont par toy aux plus bas lieux.

Omnes & ſinguli homines morti obnoxij.

MOrtis ſpiculis omnes & ſingulos in hoc æuo expoſitos eſſe, probat hæc pictura:

„ *Eſt commune mori, mors nulli parcit honori:*
„ *Mors ſeruat legem, tollit cum paupere regem:*
Debilis & fortis veniunt ad limina mortis.

De Themiſtocle: & de Pericle refert Eraſmus.

Senec. in Hercul. Furent. Act. 3. Scen. 11

Hoc etiam Ethnici Poëtæ, Oratores, Hiſtorici, Philoſophi, plenis buccis efflarunt. *Neſcitur nihil, q; non ſit moriturum. Sciebam me mortalem genuiſſe. Mors omnes & omnia æquat. Duræ peragunt penſa ſorores, nec ſua retro fila reuoluunt; nulli iuſto ceſſare licet*, &c.

Pallida

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regumq́ turres,&c.
Vita ſumma breuis ſpem nos vetat incoare longam.
Iam te premet nox fabulæq́ manes.

Horat. Odar. lib. 1. Od. 4.

Libet hîc apte admodum exclamare cum *Auguſtino: Circumſpice qui ſimilibus fluxere ſplendoribus? vbi ſunt qui ambiebant curſum poteſtatis? vbi inſuperabiles Imperatores? vbi ſunt qui conuentus diſponebant? & feſta? & equorum ſplendidi nutritores? vbi nunc veſtes & ornamenta peregrina? vbi ſeruorum turba? vbi iocus & lætitia? vbi Exercituum duces? vbi Satrapæ & Tyranni? Nonne omnia puluis & fauilla? Nonne in paucis verſibus eorum vitæ patet memoria? Reſpice eorum ſepulchra, & vide quis ſeruus, quis dominus, quis diues, quis pauper? Diſcerne, ſi potes, vinctum à Rege, fortem à debili, pulcrum à deformi.* Quandoquidem igitur mors certa, hora incerta, omnium idem exitus, & æqua omnium fortuna; videndum eſt, quomodo, qui pij ſumus, mortem ita oppetamus, vt & beate & honeſte, & glorioſe eam oppetamus. *Qui morte ſua teſtimonium perhibet veritati* ſaluificæ, *glorioſe* moritur; Et huic mors alia æquari non poteſt: Tales enim *morte ſua glorificant Dominum:* & talium *mors pretioſa eſt in conſpectu Dei.* Qui *pro patria, pro aris, focisq́, pro muris & legibb.* fortiter decertantes occumbunt, *honeſtam* mortem oppetunt; nam *pro patria mori pulcrum atque glorioſum eſt. Qui in Domino moriuntur, beate moriuntur.* Qui in fide decedunt Chriſti iuſti, *Eorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis.* Qui abripiuntur *ante πανολεθρίας*, beati, beati ſunt, *requieſcunt in pace in cubiculis ſuis.* Qui diſcedunt *rebus omnibus recte diſpoſitis*, conditis proba & illæſa conſcientia *teſtamentis*, tranquillo animo emoriuntur. Mors, *quam bona vita præceſſit, mala mors putanda non eſt: Non enim male mori poteſt, qui vitam bene tranſegit. Qui liberos ſuos † concordes, florentes, vigentes cernit*, pacato is animo obdormiſcere poteſt. Qui *mente ac deſiderio* à rebus omnibus caducis ac euanidis abſtracto, toto animo ad cœleſtia contendit, aſpirat, anhelat, beate moritur. Qui * *defæcato ira*, odio, rancore *corde* emoritur, feliciter emoritur. Hoc modo quicunque ſe ad beatam ex hac vita emigrationem præparat, ille non vincitur à morte, ſed ipſe vincit mortem: quare etiam eo patientius exſpectatur, ac æquanimiter toleratur. Sane vna eſt *cathena, quæ nos alligatos tenet*, Amor vitæ: *qui vt non eſt abijciendus, ita minuendus eſt: vt ſi quãdo res exigat, nihil nos detineat, nec impediat, quo minus parati ſimus, quod quandoq́ faciendum eſt, ſtatim facere.* Monitum ſecutus eſt, nam ſalientes venas ridens intuitus eſt, & aperienti magno animo brachia porrexit: Ita iugulum feriendum morti animoſe præbere poteſt, quicunque vitam ita exegit ſuam, fidemque coluit, vt per fidem in Chriſtum æterna animæ mors ipſi non metuenda ſit.

Lib. de Natur. & Grat.
Senec. Epiſt. 24. Hunc ipſum quẽ viuimus diem, cũ morte diuidimus.
Idem Epiſt. 91. Æquat omnes cinis, impares naſcimur, & pares morimur.
§. 1.
MORS GLOrioſa.
Ioh. 21. v. 19.
Pſal. 116. v. 15
2.
MORS HOneſta.
Vide Horat. Odar. libr. 3. Od. 2. loc. illuſtriſ.
3.
MORS BEATA.
Apoc. 14. v. 13
Sap. 4. v. 1.
Eſai. 57. v. 1.
Eſai. 38. v. 1.
Auguſt. dict.
† Abraham, Geneſ. 25.
Sciluras, vt eſt apud Eraſm. Plut.
Philip. 1. v. 20
** Matth. 18. verſ. vlt.*
Catena mortis ineuitabilis.
Seneca Epiſt. 101.
Plutarch.
Diogenes.
Eraſm.
Senec. Ep. 97. Omne tempus Clodios, non omne Catones feret.

INGRE-

INGREDITVRq; SOLO, ET CAPVT INTER *nubila condit.*



Fama tubæ ſonitu, latè loca diſsita complet
(Corpore quam magno bellua magna trahit)
Der Famæ bild ſteth oben an,
Ziehen zweij ſtarker Thier dran,
Le bruit de ſes trompettes par tout fait retentir
Renomée qui oſe et vray dire et mentir

Hac ſacri Vates, hac inclyta pectora bello
Viuunt: Virtutem Laus ſua certa manet.
Ihr ſchall wirt weit vnd bräit gehört:
Sie preiſt kriegsleut, vnd wolgelehrt.
Elle fait viure ceux, qui bien qu'ils ſoyent en terre,
Ont eſté vertueux, ou en paix, ou en guerre.

BONA FAMA.
GLoriam, Nominis perennitatem ac bonam Famam quærere, non ar-
NB. „ bitror quiſquã condemnabit vanitatis aut ſtultitiæ: *Non enim malis o-*
Prou. 22. v. 1. „ *peribus ſudaturum credimus, quem amor bonæ famæ iuuit. Spiritus* quoq; *Sanctus* in
Scriptura bonam famam, nomenq́; & gloriam etiã *maximis theſauris, & pre-*
Senec. Epiſt. 29. *tioſiſſimis* in hoc æuo rebus præfert. Non intelligo nomen aut gloriam q̃ *in*
Cat. in Moral. *applauſu* tantum ſtolidi *vulgi* conſiſtit, ꝙ facile in iudicio fallitur, & vana eſt
Strabo lib. 14. ea gloria, ſtultos quoq; in vanum vexat, titillatve, neq; q̃ prouenit ex ma-
Senec. lib. 1. Ira. cap. 9. le factis, qualis erat *Heroſtrati,* nobiliſſimi Epheſiorum Dianæ templi euer-
ſoris,

ſoris,ſed quàm gignunt pie,præclare ac laudabiliter geſta,vt quando Dauid occiſo Goliatho,ſeruata patria,defenſis aris glorioſe celebratur,cantatur: quãdo *Aſmonæi* (qui & *Maccabæi*)libertatis vindices populi Dei Legis præconio & armis gloriam reperiunt: quãdo *Themiſtoclem Miltiadis* tropæa ſuauiter & in vtramuis aurem dormire non ſinunt. Hæc laus,hæc gloria, hic honos,nullo modo improbari poteſt,cum bonum Dei ſit donum: A piis ac ſacris pleriſq; quæſita, quemadmodum *Syracides* diſtinctis aliquot capitibus deduxit ac probauit; & pro benefactis merito detur. VIRTVTI DEBETVR HONOS. Et viciſſim vbi virtuti præmia nõ dantur,nec vitiis merita irrogãtur ſupplicia,ibi virtutem langueſcere,vitiaq; indies magis magiſq; accreſcere oportet: quis ergo vetabit quo minus exclamem, *Vtinam totus hic populus* gloriæ ſtudio accendatur,ardeat,deflagret! & bonã ſtudeat habere famam! Vtinam omnes pietate fideq; virtute ac bonis factis æternitati ſe vendere curent! Etiamſi enim non cuiuis datur adire Corinthũ, & *Catônis, Platonis, Alexandri Magni, Hannibalis, Pyrrhi, πολυτρόπε Vlyſſis* nomen,famamq; indipiſci poſſit, *nec in primis poſſit, pulcrum tamen eſt in ſecundis,tertiiſq; conſiſtere.* Optimè ſanè Poëta:

Scindentur veſtes,gemmæ frangentur,& aurum,
Quam tribuit Pietas Fama perennis erit.
Fama manet facti, poſito velamine currunt,
Et memorem Famam qui bene geſſit habet.

Hieron. ſic habet: *Aſcendiſti in exceſſum: admiratus es virtutum choros, timuiſti ruinam, abegiſti inſidiatores: dulcis te protinus laboris fructus inſequitur: Et in morem literarum radicum amaritudinem pomorum ſuauitas compenſabit?*

Ac pulcrum eſt digito monſtrari ac dicier: Hic eſt.

Diuino *Enniĳ* ingenio debetur,vt effigies eius in Corneliæ gentis collocetur. Dignus eſt *Alexander,* cuius *Curtius* præclarè geſtã ad ſeros poſteros tranſmittat. Dignus *Dauid,* cuius *myriades* decantentur. Digni ſummi, quorum ſe *Syracides* laudum præconem præſtet. Heus igitur vos, *ô Politarchæ,* Habere vultis Lumina, virtutem euehite. Virtutem protrahite ex tenebris. Date præmia virtuti! Spondeo. Habebitis.

**Sint Mecœnates; non deerunt flacce Marones*
Et tibi Virgilium vel tua rura dabunt.

Sed ô tempora! ô mores! *Virtus calcatur, præmitur,* (ſed flamma ſæpe fit) vt melius tibi conſultum non nôris, quam illo Ouidiano:

Crede mihi bene qui latuit,bene vixit.

T. Labienus cum forti militi *Scipio* dona dare nollet,ipſe largitus eſt,ne honos violaretur,deferueretq; virtutis ſtudium. Sed modo; at quid agimus? cum defleri noſtri mores poſſint,corrigi non poſſint.

Τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.

Quæcunq; contra hanc laudis & gloriæ diſſertationẽ ἐγκωμιαστικὴν adferuntur,certum eſt,non niſi de vana gloria mundi,& inutili applauſus κένῳ loqui.

2.Sam.17. & 18.
1.Maccab. lib.per tot.
Plutarch.in Vit.Themiſtocl.
Syr.44.& ſeqq.
Senec. in Hercul.Oet. Act. 4.Scen.5.
☞
O tempora! ô mores! Virtus premitur, extollitur ignauia. Hadrian. VI.P.R.rectiſſ. Multum intereſt, in quæ tempora virtus incidat.
Ouid.lib.1. Amor.Eleg. 10.
Idem lib.2. Faſtor.
In Manſion. Hebr. manſ.5.
Perſius Satyr.1
Enniĳ laus.
Alex.Magn.
1.Sam.18.v.7
Martial. Iraſci tantum felices nôſtis amici. Epigrã. lib.11.
Non belle facitis,ſed iuuat hoc facere.
** Martial. Epigram.lib.58.*
Ouid.de Triſtib. lib.3.Eleg.4.
Liu.cũ ſcrib. de bell. in Afric.
Heſiodus in ἔργ.

SIC CVRRIT TEMPVS, TRANSITq; *volatilis ætas.*



Tempus edax rerum, nullo reuocabile motu,
Ducitur a ceruis: efficit hora rotas.
Ver, Aestas, Autumnus, Hyems (mirabile viſu)
Currus ſunt comites pro vice quiſq; ſua.

Die Zeit laufft ſchnel, nimt alles mit,
Die Hirſch vnd Stand ſaumen ſich nit:
Vmb Winter, Herbſt Sommer Früling,
Iſt es ein wunder ſaltzam ding.

Le temps conſume tout, et eſt irreparable,
Son char tire des cerfs (choſe bien remarquable)
A des quadrans pour roues le Printemps et l'Eſté,
L'Automne, l'Hiuer pages ſont de ſa Maieſté

Temporis habenda ratio. SI rem penitus conſideramus, monet hoc noſtrum Emblema, Temporis aptam, probam, accuratamq; ſubducendam rationem, ne quod prętereat, de quo oporteat dicere: *Amici diem perdidimus*; ſed vt ſemper memores ſimus illius: *Nulla dies ſine linea:* talia autem agamus, vnde nobis laus & vtilitas naſcatur. Temporis certe & cita & pretioſa iactura eſt, vt qui iſtud recte collocare velit, magna attentione opus habeat. Vnde factum eſt, vt Temporis rheda à ceruis velociſſimis trahatur.

Sueton. in Tito Veſpaſian.

Tempus velociſſimum: triumphat cum Aureliano in ceruis tempus.

Ouid. lib. I. Eleg. Eleg. 8.

Labitur occulte fallitq; volatilis ætas,
Et celer admiſſu labitur annus equis.

Tempus

Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Idem lib. 15. Metamorph.

Dum igitur *Tempus habemus, benefaciamus.* Inprimis cum tempus & volatile ſit & irreuocabile, & mors *tacitis ſæua veniat pedibus*, differenda pœnitentia ſeu reſipiſcentia non eſt, ne nos hora noſtra cum æterno animæ ac ſalutis noſtræ non periculo tantum, ſed & certiſſimo damno repetiat. Nam *morũ corrigendorum nullus alius quàm in hac vita locus eſt. Et poſt hanc vitam quiſq; habebit, quod in hac ſibi conquiſierit. Itaq; compellimur animæ noſtræ charitate, inuenire per ea, ne iſtam vitam ſic tranſigat, per culpam, vt ea finita non poßit finire ſupplicium:* ait *Auguſtin. in Epiſt. & Hieron. Quia didiciſti, quod omnia morte finiantur, & in inferno non ſit pœnitentia, nec aliquis ad virtutes recurſus: dum in iſto ſeculo es, feſtina, contende agere pœnitentiam, dum* HABES TEMPVS, *Labora, libenter enim ſuſcipit Deus pœnitentem.* Et B. Martyr Chriſti *Cyprian. Quando iſthuc exceſſum fuerit, nullus iam locus pœnitentiæ eſt, nullus ſatisfactionis effectus, hîc vita aut amittitur, aut tenetur, hîc ſaluti æternæ cultu Dei & fructu fidei prouidetur, nec quiſquam aut peccatis retardetur aut annis, quo minus veniat ad conſequendam ſalutem. In iſto mundo pœnitentiæ nulla ſera eſt: patet ad indulgentiam aditus, quærentibus facilis eſt acceſſus.* Deinde etiam hoc nomine temporis eſt ſcrutanda ratio, quoniam omnia atterit & conſumit: Et dum hoc atterit, illud excitat; dum hoc conſumit, renouat illud: Nam vt *Lucretius* ſapienter dicit:

Galat. 6. v. 10

In vit. Patr. dicit quiſpiã: Hodie agam pœnitentiam, cras autem fiat in me voluntas Domini.

Auguſtin. in Epiſt. ad Macedon.

Id. in Epiſt. ad Hieronym.

Cyprian. Tractat. 1. contra Demetrian.

Cedit enim rerum nouitate extruſa vetuſtas
Semper & ex alios aliud reparare neceſſum.

Lucret.

Et Ouid. *In ſpecies translata nouas, ſic omnia verti*
Cernimus, atq; aliis aſſumere pondera gentes:
Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit Sparta, magna viguere Mycenæ, &c.

Ouid. Metamorph. lib. 15.

Nempe, oſtendit nobis noſtrum occaſum, & renaſcentiam noui orbis q. Quare in Tempore ſepoſitis huius æui curis, curemus cœleſtia, q̃ ſanguine Chriſti nobis parta ſunt, quorſum verbo Dei euocamur. *Deniq;*, quoniam tempus tempori & iterum ſuccedit, & omnia ſuo fiunt tempore. Ver ſua producit, tanquam anni & temporis initium: ſuccedit Veri Æſtas, Æſtati, Autumnus; Autumno, Hyems, & vnumquodq; tempus ſua producit, vnumquodque ſuo fit TEMPORE: Ita certo credamus, fore etiam, quando promiſſa cœleſtia bona reuelentur, & nos in plenariam eorundem poſſeſſionem intromittamur: Sane abſcõditum hyeme latet ſemen, latent gemmæ, latent virentia folia, vere producuntur, reuelantur, manifeſtantur: Etiam *vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto, nec ſpem noſtram videmus modo, ſcimus autem quando Chriſtus vita noſtra reuelabitur aperte in gloria, tunc etiam nos cum ipſo apparituros in gloria, & meſſuros fidei noſtræ, Charitatisq; præmium, vitam nimirum æternam.* Exſpectemus igitur vt patientes ac prudentes agricolæ.

Vſus.

Coloſſ. 3. v. 1. &c. 2. 3. &c. 1. Pet. 4. & Iac. 4 5.

OMNES SISTEMVR TRIBVNALI DEI & Chriſti.



Omnia prætereunt tacitè labentib, annis
Durat in æternum Sermo vigétq; Dei.
All ding verzehrt ſich mit der Zeit,
Gottes wort bleibt in ewigkeit.
Toutes choſes ſe paſſent, la Parole de Dieu
Eſt ſeule qui demeure en tout point en tout lieu.

Cùm Iudex aderis, ſolidus tibi, Chriſte, Redemtor
Extremo tandem fine triumphus erit.
Chriſti Triumph ſich erſt erzäigt
Wan alls ſein endſchafft hat erräicht.
Quant tu viendras, Seigneur, pour te faire paroiſtre,
A chaſcun tu feras ton triomphe cognoiſtre.

2.Pet.1.v.16. & 5. PETRVS grauis Chriſti Ieſu Apoſtolus, *non ſecutus Aniles fabulas, ſed firmũ habens ſermonem Propheticum, de extremi temporis* hominibus vaticinatur
2.Pet.3.v.3. in hunc modum: *Scitote, quod venient in nouiſsimis diebus in deceptionem illuſores*
ibid.v.4. *iuxta proprias concupiſcentias ambulantes; Dicentes: vbi eſt promiſsio aut Aduentus*
1. *eius,* &c. Mirum videri cuiquã poſſet, quomodo tam deprauati ſint futuri
2. mores Eccleſiæ quorundam ciuium ante nouiſſimum diem niſi Sathanas
3. antehac in populo Dei & nominatim Sadducæis huiuſmodi præluſiſſet, & Petrus factis fore tam improbos teſtetur: & incredulitatem ſuam, quæ-

ſtione

ſtione ſint prodituri. Tametſi autem *in deno Fidei negaturi ſint quidam fidem,*
recompenſat tamen Deus hunc defectum ex parte in Ethnicis; ſanè *Ouid.*
aperte de extremo Iudicio loqui videtur, cùm ait:

Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur, affore Tempus — *Ouid. lib.1.*
Quo mare quo tellus correptaq; regio cœli — *Metamorph.*
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret. — *fabul.9.*

Sed & Seneca haud obſcurè fidem ſuam confuſam prodit. (Chriſtianum
enim eum fuiſſe, & à Paulo conuerſo firmioribus argumentis ꝓbari opor-
teret) quando ſcribit: *Mors quem pertimeſcimus ac recuſamus, intermittit vitam,* *Epiſt.36.*
non eripit. Veniet iterum, qui nos in lucem reponat dies, quem multi recuſarẽt niſi ob-
litos reduceret. Sed nos certioribus nitimur demonſtrationibus, infallibili
nimirum *verbo* **D.N.I.C.** *Soteros noſtri, reducis ex mortuis, Ducis vitæ, Sponſi reditu-* 1.
ri, Regis iudicaturi, qui totum habendi Iudicij ſui proceſſum nobis ante o- *Actor.10.v.41.& ſ.*
culos pingit, ſubditq;: *Cœlum ac terram tranſitura prius quam verborum ſuorum* 2.
vnum vel minimum tranſeat, hoc eſt verbum immotum, *MIHI FLECTETVR* *Act.2.v.15.* 3.
omne genu, requirit id *Iuſtitia Dei* immutabilis, *vt ſiſtamur ad Tribunal Chriſti,* *Matth.25.per totum.*
recepturi prout quiſq; meruit in vita, vitam atq; gloriam ſempiternam, flammas vin- *Luc.2.v.33.*
dices infideles & inobedientes Euangelio. Sic *Apoſtoli* docuerũt; Sic credimus nos. 4.
Et hæc vltima, ſumma ſpes atq; conſolatio eſt omnibus in Chriſtum verè *2.Cor.5.v.10.* 5.
credentibus. *O ſancte Domine, bone IESV, quàm terribilis erit dies illa omnibus qui* *2.Theſſ.1.v.*
in te non verè crediderunt, nec morem geſſerunt Euangelio tuo, plangent omnes fines *7.8.* 6.
terræ, & iratum Iudicem expaueſcent: Hinc erunt peccata accuſantia, inde terrens Iu- *Ioh.3.v.17.*
ſtitia. Subtus patens horrendum chaos inferni, deſuper iratus Iudex, intus conſcientia *2 Theſſ.1.v.8.*
vrens, foris mundus ardens, vix iuſtus ſaluabitur. Latere impoſſibile, cõparere intolera- *Matth.24.v.30.*
bile. Væ omniũ hominũ iuſtitiæ, quantumuis laudabili, ſi remota miſericordia excutia- *Anshelm.*
tur; Videbunt enim in quem pupugerunt, videbunt & horriſonum eiulabunt: Mon- *conſ. de extr. Iudic.*
tes, cadite ſuper nos; colles abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronũ, & ab ira Agni, *Auguſt. dict.*
nam venit dies iræ magnus, & quis poterit ſtare. At ô miſericordiſsime Domine, IESV *Apoc.1.v.7. ibid.cap.6.*
optime, quàm læta erit lux illa! quàm roſeum iubar! quam gratus ſplendor OMNI- *v.16.17.*
BVS IIS, qui in te hîc verè crediderunt, verâ fide te hîc ſunt amplexi, & opera CHA- *Ioh.3.v.16.*
RITATIS fideliter atq; conſtanter exercuerunt. Venit dies, quo vindicabis ſanguinem *Matth.25.v.35.*
ipſorum, venit dies quo perſecutiones ac fugæ ipſorum ceſſant; Venit dies quo abſtergun- *Apoc.6.v.10*
tur omnes lacrymæ ipſorum ab oculis. Venit dies qui dempto omni metu, eiulatu, hor- *Pſal.55. v.9.* *Eſai.25.v.8.*
rore veram reponet lætitiam, gaudium quod nunquam finietur, gaudium nunquam *Apoc.21. v.4*
tolletur ab ipſis. ô beatos ſeruos, quos tum paratos Domini dies inueniet! ô felices, quos *Eſai.50.v.11.*
tum mens male conſcia non ſtimulatur! ô beatos, qui hîc de peccatis ſuis acta pœniten- *Ioh.16 v.22.* *Luc.12.v.35. & ſeqq*
tia ſincera ac vigili, Chriſtum tum non Iudicem, ſed Aduocatum experientur! Beatas *1.Ioh.2.v.1.*
virgines prudentes quæ à ſomno obrepenti confeſtim euigilatæ, recollectaq; lampades *Matth.25.v.7.8.*
ardentes comprehentes, in occurſum ſponſi ibunt! Beatos omnes qui cum ſponſa *Apoc.21.verſic.vlt.*
verè & ex animo dicunt: Veni Domine Ieſu: Fiat! Fiat!

 ELEN-

ELENCHVS BREVIVSCVLVS CONTENTORVM IN HOC OPVSCVLO.

Numerus deſignat ordinem Emblematum ac Tabellarum, non paginarum.

A.

Abel fortunæ victor. Emblem. 61
Acceptio perſonarum. Embl. 10. *vide Proſopolepſ.*
Acedia. 36
Aceſſæus quorum exemplar. 33
Adoratio. vide Oratio.
Adoleſcentia eſt inſtar mollis ceræ. 21
Adrian. Imp. venationes. 44
Adamus & Chriſtus opponuntur. 85
Adulatio. 2.
Adulter factus Ægyſthus per otium. 32 *adde & Dauid.*
Adulterium ſumma eſt ſtultitia & certa pœna. 77
Adulterium grauius peccatum furto. ibid.
Aduocati periti & imperiti. 19.
Ægritudo animi poſt amiſſam pugnam. 6
Afflictiones peſſimæ inter orandum. 91
Agnitio Dei ſapientia ſumma eſt. 77
Agnus cuius rei hieroglypton. 9.
Agricultura quam laudabilis. 30
Alacritas omnia commendat. 69
Alagabalus. vide Heliogabalus.
Aleæ ludus. 45
Albertus Marchio Brãdæburgico-Onoltzbacenſis. 6
Alexand. Imp. Seuer. in diſcip. militar. 5
Alexandri Magni fortitudo animi. 57.
præſtat fortitudine corporis. ibid.
contemnit probra & ſannas. 66.
idem exemplum impudicitiæ. 93.
Ἀλλοτριο-ἐπισκοπίας *crimen.* 29
Ambroſius Epiſ. Mediolanenſ. Conſtantiæ exemplum. 81
Amictus virilis. 37. *& in genere.* ibid.
Amor illicitus. 44
Amor vitæ. 95. *idemq́ cæcus.* 75
Anabaptiſtæ refutantur. 13.
Androdi Serui hiſtoria. 65
Angeli exemplum humilitatis. 7.
eorum Liturgia, Pſalmodia. 68
Antonius Trium-vir vomitũ reddens. 43
Aquilæ ſpirituales. 88
Arbor Religionis. 88.
Argentinenſis Reipublic. mos laudabilis de tollendis fucis & ignauis. 31
Ἀρνία *Domini quomodo paſcenda.* 21
Armatura hominis Chriſtiani. vide Panoplia.

Aſſaſini

Aſſaſini cuiuſdam ſanguinaria obedientia. 11
Aſinus cuius rei typus. 66
Athanaſ. 21. *Exemplũ variæ fortunæ.* 48
A teneris adſueſcere. 21
Aſmonæi. vide Maccabæi.
Atropos Parcarum vna. 93
Auaritia. 2.23.& 36. *vide fiduc.in diuit. Confidit in diuitiis.* 45. *eius turpitudo & inſatiabilit.*58. *vide &* 58.& 76.& 88.&c.
Aucupiorum ſtudium quale. 44
Αὐτάρκεια. 45.*vide &* 19.& 79
Aurea æreis permutare. 17.18.&c.
Aurelian.Imp.moderatio in veſtitu. 37
eiuſd.ſeueritas in diſciplin.militar. 5
Auguſt.Imper.moderatio in veſtitu. 37.
eiuſdem frugalitas in victu. 38.
Aula culmen lubricum. 22

B.

BAbylonica in fornace pueri. 81
Baſſus triumphatus & triũphans. 66
Belli conſideratio ſecundum cauſas, effecta,&c. 5
Benedictio per Chriſtum. 85
Beneuolus Quæſtor Imperatr. Iuſtinæ, exemplum Conſtantiæ. 81.
Biantis Prienæi dictum inſigne. 66.79.
Biuium hominis Chriſtiani. 27
Boni ac mali dies. 64
Braſilla Dyrrachina. 55
Bufo cuius rei typus. 64

C.

CAin deſperans. 82
Cæcum odium Caij. 90
Cæcus amor filij. ibid.
Calumnia ex inuidia. 4. *impedimentũ veritatis.* 90
Calumniator ſtultus eſt. 77
C.Iul.Cæſar.fortitud. 57
Carol.V. Imp.exemplum Conſtantiæ. 6
Carpi hiſtoria ex Dionyſ. 69
Carnalis homo, eiuſq; ſtudia finisq;. 37. 38.39.40.
*Caſtitas.*35. *exemplum Ioſephi.* 63
Cedrus cuius rei hieroglyph. 27
Ceres & Bacchus ſociãt Venerem ſibi. 42
Certamina hominis Chriſtiani. Vide Militia.
*Charitas.*7. *eius cauſæ.adiunct.diſtinct. obiect. &* 12. *&* 53. *exemplum Stephan.* 67. *eius præconium & vſus.*53 *in oratione neceſſaria.*71. *eius pulcritudo.* 75.86.88. *eadem captiua.* 89
Ciconia cuius rei hieroglyph. 28.
Circes fabula quid ſignificet? 43
*Clementia fortiſſimum Reipub.munimẽtum.*86. *Vide etiam* §.NERO.
Clotho Parcarum vna. 93
Columba cuius rei hieroglypton. 9.
Commerciorum conſideratio. 16
Cogitationes in oratione. 91
Comathia exemplum pudicæ & prudent. fortitud. 94
Concordia & pax colenda cum omnib. 7
Coniunx propter Chriſtum quomodo deſerendus. 74
Conſcientia bona & mala. 23.35.39
Tyrannis mala. 39
Conſtantia in rebus integris & adflictis. 39.67. *in Exl.Iobi,&c.* & 81
Conſtantin.Magn.Imp. 51
Conſuetudo altera natura. 33
Contra veritatem non veniat. 72
Cor recte præparandum in oratione. 91
*Contemptus Dei & proximi.*3. *cauſa deſperationis.* 82, *impedimentum veritatis.* 90

Cratetis

Cratetis Thebani voluntaria paupertas. 13.45.66.79
Creatio, eius cauſa, finis. 1.
Crocodeilus cuius rei hieroglypton. 22
Crœſi de Pace dictum. 8. eiuſdem immoderatus luxus in veſtitu. 37. & 52. exemplum ebrij fortunæ. 52
Crudelitas. 56. vide Sæuitia. Tyrannis.
Curſus cuiuſq; rei ἔμφυτος. 1.
Curioſitas. 3. & 78
Cyri moderatio in veſtitu. 37. frugalitas in victu. 38. exemplum variæ fortunæ. 48. & 63.

D.

DAuid triumphat de Fortuna. 66
Detractio ex Inuidia. 45
Decoctoris iocus. 43
Demadis veſania in corporalibus quærendis. 72
Demarati fidum conſilium. 5.
Demas ſpreto cœlo amat mundum. 72
Demoſthenis Apophthegma ſuper nocte Laidis meretricis. 15
Deſiderium trahit currum Patientiæ. 61
Deſiderabilia mundi miſſa facienda. 72
Deſidia turpiſſimum vitium. 29. 30. 31. 32. 33.
Deſperatio & eius cauſæ. 82
Deus Lux eſt. 1.
Dilectio Dei & Proximi latiſſime. 12. vide Charitas. Eſt cauſa obedientiæ ſanctæ. 83
Diuitiæ. 3. & earum ratio. 22. vide etiam 13. fiunt per accidens cauſa omnium malorum. 3. finis. 24. recondentes diuitias, defodientesq;. 25. vſus. 79.
Diaboli peccatum primum Inuidia ac Superbia. 80
Dionyſius Syracuſanus Tyrannus. 56. exl. omnium Tyrann.
Diſciplina Eccleſiaſtica. Scholaſtica. OEconomica. 21. in genere. 34
Dogmata Mahometis. 59.
Dolus. 2. 86
Domitiani vana voluptas in diuitiis. 2.
Dorophagia. 10. & 19

E.

EBrietas, eiuſque contraria. 38. & 41. eius fuga. 42. & effecta. ibid. & 43
Ebrij fortunæ ſucceſſibus. 52
Elephas in quo Stephanus triumphat. 67
Eccleſiaſtici corrumpunt puritatem verbi, & cultus. 88.
Eleemoſynæ ſuperbia perduntur. 78
Engeldradæ Rauennatis pudicitia. 55.
Epha iuſtum requiritur. 16
Ἐπιχαιρεκακία. 80.
Errorum multiplicitas impedimentum veritatis. 90.
Eſau improbæ deſidiæ exemplar. 30
Euangelium & lex opponuntur. 84
Euſebij Samoſatenſ. Conſtantia. 81
Exemplar Pudicorum. 94. Αὐταρκείας. 79. Impudicorum. 93. eorumque punitorum. ibid. deſperantium. 82. punitæ ſuperbiæ. 78. Paupertatis leniter latæ. 66. Bibonum. 41. & πλυπτῶν. variæ fortunæ. 48. 49. 50. punitæ Veneris immund. 93. virorum fortium. 57. Inuidorum. 80. Superborum. 78. conſtantiæ in Confeſſione. 81.
Exemplum Chriſti imitandum in obedientia. 11
Exilium grauiſſimum. 68. quomodo ſolandum. ibid. & 74.
Exercitatio ad naturā multum cōfert. 34

F.

Falſi Dd. fugiendi. 72
Falſa mercimonia. 2. ibidemq́; falſa pondera, &c.
Fama. Vide Gloria.
Fata viam inueniunt virtuti. 30
Fidelium triumphus olim in rheda nubis, ſubuehente triumphatore Chriſto. 70.
Fides communis (Trew vnd Auffrichtigkeit) 86. Optimum Reipublicæ fulcimentum. ibid.
Fides. 7. & 35. & 53. Oculus. Manus. Medium, &c. Electorum. 75. in Oratione neceſſaria. 73. Fidei & Spei collatio. 82. 86. 88. Captiua. 89
Fiducia vana. 2. Inprimis in diuitiis. 23 79.
Florentinorum laudabilis mos in tollendis fucis. 31
Fortitudo. 35. eiuſdem diſtinctio. ibid. & 57.
Fortuna. 49. 50. 51. &c. eius nomine quid nobis veniat. 49. ſuperans, omnibus fortior. ibid. præcipitium fortunæ. 50. vincit patientia fortunam. 47. luſus eius violentus. 48. eius ſucceſſibus ebrij. 52
Franciſci I. Galliarum Regis exemplū. 5
Fraus. 2. & 45. in mercimoniis & contractibus. & in Republic. 86
Frugalitatis laus & effecta. 38. & exl. ibid.
Fumus mordax, illecebræ huius vitæ. 76
Fundamenta Imperij. 86
Furor arma miniſtrat. 5. eius cauſa eſt ebrietas. 41.

G.

Galeatij Caracciolæ Illuſtriß. Marchionis de Vico exemplum longe illuſtriſſimum. 74
Germanorum Germanum vitium ebrietas. 41
Gloria vera ac ſolida appetēda. 96. & 90
Gloriæ cupidorum exempla probata. ibid.
Gregorij Nazianzeni dictum. 21. exemplum inconſtantis fortunæ. 48
Grus cuius rei hieroglyph. 28.
Gulæ vitium. 38. eius finis. 39. taxatur. & 76.
Gut macht Muth. 3.

H.

Habilis exemplum. 63
Hamanis interitus. 52
Heliogabalus Imp. 54
Heluones. vide Bibones. 60
Hercules. 27. & 93. & ſæpe alias. eius indoles & genius ἀπὸ ἁπαλῶν ὀνύχων. 21
Herodes ſuæ carnis oſor. 12. & 60
Hieronymi mortificatio carnis. 38
Hilarion quomodo carnem edomuerit. 38
Hiſtoria de rege filiorum indolem probaturo. 34
Hiſtoria de vitando proceſſu. 14
Hippolytus. 63
Hirundo cuius rei hieroglyph. 28
Honores huius æui. 22. eorumq́; conſideratio & ratio. 22. impedimentum ſuſcipiendæ veritatis. 90. Iidem quomodo appetendi. 96. exl. & rationes. ib.
Holophernes. 57. 93
Hoſpitalitas commendatur. 79
Hoſtes hominis Chriſtiani. 87.
Humanitatis virtus. 65
Humilitas Chriſtiana. 6. 7. 22. inprim. eius conſideratio & commendatio. ib. & 35. & 52. in oratione inprimis neceſſaria. 70. & quare. ibid. oppoſita, ſuperb. 78.

Hypocriſis in oratione inprimis vitanda. 73. *eſt Atheiſmus.* 88

I.

IActantiæ conſideratio. 3. & 88

Ieſu Chriſti Domini & Saluatoris noſtri Triumphus, & vſus eiuſdem. 60 *ipſe veritas, ideoq; ſolus audiendus.* 70 *liberat nos à laqueis Satanæ.* 76. *eſt omniſufficientia noſtra.* 84. *in ipſo habemus iuſtitiam, vitam, ſalutem, omnia.* 84. *opprimitur Adamo radix raditi.* 85. *de Chriſto Ieſu Turcarum fides.* 59. *cum Moſe opponitur.* 84. *cum Adamo opponitur.* 85

Idololatria quæ. 86

Ignatij promptitudo ad patiendum martyrium. 67

Ignorantia naturalis impedimentum veritatis. 90

Ignaui in communitatibus nebulones non tolerandi, ſed tollendi. 29.30.31.32 33.

Impudentia litigatoribus opus. 14

Impudicitia. 93. *eius exempl. ibid. eadem punita.* ibi. & ſæp.

Imperator militaris qualis eſſe debeat. 51

Indolis Encomium. 34

Ingenium puerorum cui rei ſimile. 21

Innocentia quæ. 35

Ingratitudo. 65

Inobedientia. 3. *ex inuid. naſcitur. ibid. vide Obedientia.*

Inopia belli finis. 5

Inſtitutio pueritiæ. 21. & 34

Intemperantia quæ. Eiuſque effecta, &c. 36.

Inuidiæ ratio & conſideratio. 3. & 4. & 36. *itid.* 80. & 75

Inuidia Fortunæ Comes. 80. *etiam obiecto nocet propter effect.* ibid.

Ioannes Chryſoſtomus exemplum indignæ fortunæ. 48

Ioannis Friderici Ducis Saxoniæ Electoris captiuitas & conſtantia. 5

Iobi Triumphus. 67. *vide* & 26

Ioſeph exemplum obedientiæ. 62. & *caſtitatis. ibid. Idem eſt exemplum Caſtitatis. Pudicitiæ. Prouidētiæ diuinæ.* 63 *eſtq; typus Chriſti.* ibid.

Ioannes-Iacobus Triuultius exemplar hominum litigatorum. 17

Ioſua introducit in terram repromiſſionis. 85

Iouis, primi deorum apud Ethnicos laudes. 93. & *quod eius* ἐπιμύθιον. ibid.

Ira & eius diſtinctio, &c. 36

Iudas exemplum auaritiæ. deſperantis.

Iſaacus exemplum obedientiæ. 62. *patiētiæ. ibid. prouidentiæ.* ibid.

Iudices iuſti & iniuſti. 19. *eorum monitio.* 18.

Iudicij extremi conſideratio. 98

Iudicium de B. Arnobij Pſalterio. 86

Iugurtha Rex Numidarum typus Satanæ. 68

Iuliani Imperator. dict. egreg. 79

Iuſtitia διανεμετική. 35.52.

Iuſtitia Chriſti imputatiua. 84. *fundamentum Reipub. validiſſimum.* 86

K.

Κειμήλια *deuorat proceſſus.* 17

Κέντρον *vani applauſus.* 96

L.

LAbores quomodo fieri debeant. 29 *quomodo benedicantur.* 30. *neceſſarij.* 31.32.33

Lacheſis Parcarum vna. 93

Lances doloſæ. 16.89. &c.

Laquei Satanæ, quibus irretiri tentat humanum genus. 76
Laurentius exemplum patientiæ. 26
Leæna Tyrannicidas tacet. 81
Leo X. Pontifex Rom. venationum ſtudio nimium deditus. 44
Leonum natura & conſideratio. 65. *in exemplo Dauidis imitata.* ibid.
Lex & Euangelium. 84
Leuitas impedimentum agnoſcendæ veritatis. 90
Liberalitatis Encomium. 24
Liberorum habenda cura. 60. *& pie educandi.* 21
Libido. 76. *& ſæpiſſ. Vide Pudicitia. Impudicitia. Caſtitas.*
Litigator. eius requiſita. Adiuncta. Effecta. Finis. 14.15.16.19.20
Liuor trahit currum Inuidiæ. 4
Lothi exemplum ſæpiſſ. 73.76. *eiuſdem vxor.* 74
Lucretia Romana. eiuſdemq́ interitus. 55.
Lux præſtantiſſimum operum Dei. 1. *quid fuerit lux primigenia. ibid. eius conſider. origo.* ibid.
Luxuriæ crimen. 36.76
Luxus immoderatus victus. 36. *& amictus.* 37

M.

Machometes. 59
Maccabæorum victoria. 47
Magiſtratus & eius munia. 10.54. &c. *non amandus titulus tantum, ſed & res ſectanda.* 10
Magnificentia. vide Philotimia.
Mala crux quibus parata. 31.32.33. &c.
Mammonæ non ſeruiendum. 79. *vide Auaritia.*
Manaſſes exemplum ſalutaris conuerſionis. 69
Marcellus impudic. exemplum. 93
Marchionis D'Ancre exempl. m. 52
Marius exl. ciuil. diſſi. ij & diſtract. 86
Martian. Imp. dictum de pace. 8.
Martial. exl. eruditorum inuidiæ obnoxiorum. 80
Marcellinus Pontif. Rom. inconſtant. exemplum. 81
Medici indocti taxantur. 40
Medium tenuere beati. 36
MEI & TVI diſtinctio, licita. 13
Mendacij flagitioſa turpitudo. 73
MEVM & TVVM. 13.14.15. &c.
Mercatores. 89
Metallarius cuius rei typus. 24. *obliuiſcuntur charitatis.* ibid.
Militum virtutes & diſciplina. 5
Militia hominis Chriſtiani. 87. *contra quos hoſtes. ibid. quaq́ Panoplia. ibid.*
Modinenſis ciuis eſt adeundo. 81
Montium Sinai & Sion oppoſitio. 84
Modus ſeruandus in omnibus. 36
Morbo confecti. 40. *eorum officium. ibid.*
Mors ſecuris diuitibus inſidiatur. 24. *eſt certa.* 49. *circumſtantiæ incertæ. ibid. triumphata.* 70. *ab ea Chriſtus nos liberat.* 76. *ſtipendium peccati.* 85. *omnibus & ſemper imminet.* 95. *glorioſa. honeſta. beata.* ibid.
Μοιχεία damnabilis. 77
Moſes & Chriſtus opponuntur. 84
Mulieris fortis virtutes. 29
Mulieroſitas in Magiſtratu. 54.
Murus aheneus bona conſcientia. 53. *Reipublica, Iuſtitia.* 86

Mundi illecebra cauſa deſperationis. 82 *triumphatus.* 70. *eius fulgor impedimentum veritatis.* 90

N.

Natale ſolum dulce. 68. *propter Chriſtum deſerendum.* 74
Natiuitas hominis. 92
Naturæ bona. 21. *genij videl. ingenij & indolis vſq; recurrit.* 33
Natura rerum nunquam otioſa, ſemper negotioſa. 31. *Monſtra.* 60
Nautæ docent nos ſpiritualem ſapientiã. 72.
Nebulones noſtri æui, qui. 60
Neronis venationes & piſcatus. 44. *eius colloquium cum Seneca præceptore.* 56 *Tyrannis & crudelitas.* ibid.
Nicolaus Epiſcopus Mirorum beneficus. 44
Noctis & Diei conſtitutio. 1
Niobes ſuperbia. 78
Norimbergenſium mos laudatiſſimus. 31
Notarij negligentes & imperiti. 19. *X. pro V. ſcribent.* 16
Nuditas noſtra ab vtero ad ſarcophagum conſid. 24
Nutrices quæ eligendæ. 34

O.

Obedientia, eiuſque diſtinctio & conſideratio. 11. *exemplum illuſtre in Iſaaco.* 62. *inprim.* 83. *impulſiuæ ad obedientiam.* ibid.
Ocellus Chriſtum intuens, Fides. 75
Odium, naſcitur ex litigandi libidine. 18. *& vitium eſt turpiſſimum.* 36. *Impedimentum veritatis.* 90. *Paſſio ſubiecto nocens. vide Inuidia.*
Operibus communibus qui addicendi. 32
Opinio multos fallit. 15
Omniſufficientia noſtra in Chriſto. 84
Opulentiæ conſideratio. 2. *effecta per accidens.* ibid. *gignit ſuperbiam.* 3.
Opprobrium Chriſti gloria cœli. 9-.
Oratio quid. 73. *quomodo fieri debeat? ibid. in Spiritu & Veritate orare quid ſit? ibid. cordis magis eſt, quàm vocis.* 91. *cogitationes inter orandum.* ibid.
Origenis laudes & indoles. 21
Oſcitantia in requirenda veritate. 90
Otij & deſidiæ turpitudo. 32. *vid. Ignau. deſid. quodq; ſuo loco.* itidem 33
Ottonis Imp. dictum & factum laudabile. 55

P.

Pacis bonum. 4. *origo.* 7. & 8. *optimum fundamentum Reipub.* 86
Pambi hiſtoria attingitur. 36
Palma typus fidelium. 81
Panoplia ſpiritualis. 87. *eadem ipſa vid. etiam* 27.
Parcarum fabula, eiuſq; interpretatio. 92.
Parentũ amori Chriſtus præponendus. 74 *indoles in prolem proſeminatur.* 34
Parſimoniæ bonum. 45
Pax optima. 8. *triumphis potior.* ibid.
Patientiæ præconium & conſider. 26. *Litigatoribus maxime neceſſaria.* 14. *vincit fortunam.* 47. *Neceſſaria inprimis ſub onere paupertatis.* 26. *triumphat de Fortuna.* 61. 63. 67. *exẽplum Iob. &c. ibid. Sapientia magna eſt.* 77.
Patria dulcis. vide Natale ſolum.
Paupertas. 20. *ratio ferendæ.* 68. & 26
Peccatum omnium malorum, inprimis deſperationis cauſa. 82. *à D.N.I.C. deletum. ſæpiſſ.* & 84. *generat mortem.* 85

Pecunia.

Pecunia litigatoribus maxime neceſſaria. 14
Pellicanus cuius rei typus. 84
Perillus artifex iuſtiſſime enectus. 56
Perdix cuius rei hieroglyphon. 13
Perſeuerantia coronatur. 11
Perſæ fucos non ferunt. laudabiliter!
Petrus Apoſtolus inconſtantiæ exemplū. 81
Phalaris Tyrannus. 56
Phariſæi coadiutores Satanæ. 82
Philippi Haſſiaci glorioſa Conſtantia. 5
Philotimia. 46. *Exl.* *ibid.*
Φλεγμονὴ *cuius rei typus.* 86
Φυγοδικεῖν *honeſtum, vtile, neceſſarium.* 17. *eo recitatur hiſtoria.* 14
Φύσις καὶ μάθησις *quid faciant.* 21.
Photion Dux Athenienſis αὐταρχής. 45
Pietas, vera ac ſolida ſapientia. 77
Piſcatus, eiuſque conſideratio. 44
Piſcium delectus in littore. 76
Piſiſtratus φιλόπονος. 31
Pluuia per iridem decidens. 8. *fructuoſiſſima.* *ibid.*
Pœnitentia. Vide Reſipiſcentia.
Politarchæ virtuti præmia debent. 96
non ſunt mulieroſi. 54
Polycarpi alacritas & conſtantia. 67
Polycrates ebrius fortunæ ſucceſſu. 52
Pompeij cum Cratippo diſputatio. 5. *Eidem non licet in leonibb. triumfare.* 69
Pondera iniuſta. 16
Poſſeſſio propriorum bonorum licita. 13
Precatio. vide Aduocatio. & 71
Præbendæ opimæ impedimentum veritatis. 90
Præiudicia, & præconceptæ opiniones impedim. veritatis. *ibid.*
Proceſſus Iuris. Eiuſq; fuga. 14.15.16.*&c.* *&* ἀπληστία.17. *eiuſdem horridiſſimum monſtrum.* 15. *& cauſa.* 15.16 17.
Præiudicium impedimentū veritatis. 90
Præcepta Chriſti generalia & ſpecialia. 83.
Procuratores diligentes & negligentes. 19
Prodigalitas. adiuncta. effecta. 45.
Proſopolepſia. 10.19.*& ſæp.*
Prouidentia Dei. 1.
Proſtibula & Lenocinia. 44
Prudentia. 35.53.*& ſ.*
Ptolomæus Phyſcon rex Ægypti nequiſſimus. 60
Publica tranquillitas. 86
Pudicitia. eiuſque Exl. 55.*&* 63.*&* 94 *animi.* 94. *vide inprimis notab. loc.*
Purgatorium Turcarum. 59
Puer Alexandri Magni ſacrificantis. 62
Pugna hominis Chriſtiani. 87. *vide Militia.*

Q.

Q*Vatuor inſatiabilia.* 17

R.

R*Adix ſalutis, Sapientia.* 9.*&* 77
duplex. 85
Rapina. 2.*&* 45
Regnandi libido. 22
Regnipetæ quàm ſint ſtulti. *ibid.*
Reipubl. ſtatus optimus. 86
Religionis cura natura inſita. 88. *quomodo corrumpatur.* *ibid.&* 90
Reſipiſcentia ſalutaris neceſſaria. 69. *qualis eſſe debeat. ibid. eſt vtiliſſima. ibid. non differenda.* 96
Reſuſcitatio mortuorum. 77.*&* 98.
Retia Satanæ. vide Laquei.

S.

S*Æuitia. vide Tyrannis.*
Salomonis incontinentia. 76

Sanctorum victoria aduerſus fortunam. 61

Sapientia vera & falſa. 9. *itidemq́ Diabolica.* 77. *eſt in apricum poſita.* 9 *ibid. ſaluifica.* ibid.

Sapientia & ſtultitia opponuntur. 77

Sara fortunæ victrix. 61

Sardanapalus & eius interitus. 54

Satanas triumphatus. 70. *eius retia.* 76

Saulis exitus. 5. 56. *ſuæ carnis hoſtis. ib.* & 60. *exemplum deſperantis.* 82 *exemplum obedientiæ erga parentes.* 62. *boni principis ab initio. vide Nero.*

Scipionis Africani fortitudo. 57. & ſ.

Serpens cuius rei hieroglyphicon. 9

Seruitus corporalis vnde? 6

Sepultura litigatorum infamis. 21

Simonia, maxima religionis corruptela. 88.

Sol vergit ad occaſum. 75

Solon deridet & corrigit Crœſum. 37

Somnus ſuauis magnū bonum. 18. *mente ſeruata tranquilla.* ibid.

Spes & eius conſideratio. 7. 35. 52. *poſita in diuitiis fit Idololatria.* 23. *trahit currum patientiæ.* 61. *ſpei & fidei collatio.* 83. *captiua.* 89

Spiritu orare quid. 73. *per partes explicatur.* ibid.

Stephani Protomartyris triumphus. 69

Stipendium peccati mors. 85

Studium bonorum operum. 77

Stultitia quæ, & multiplex. ibid.

Sublimia periculis pleniſſima. 22

Superbiæ cauſa, effectus, turpitudo. 3. 36. 52. 78. *cauſa ipſa eſt inuidia.* 80

Sybaritarum damnoſiſſima ſtultitia. 39

T.

TAu cuius rei hieroglyph. 88

Tantalus auarorum typus. 76

Taurus in triumpho Ioſephi. 63

Temperantiæ laus. 35. & 53

Temporum omnium diſpoſitio. 92

Tempus auriga æui. 1. *iactura pretioſiſſima.* 17. *quare eius ratio accurate ſubducenda.* 28. *tempore quæq; ſuo facienda. ibid.* & 97. *omnia conſumit. ibid. veniet. &c.* ibid.

Teſtamentorum codicilli. 15

Teſtis verax & falſus. 19

Themiſtocles. 21. *eiuſque dictum de proceſſu Iuris.* 15. *exemplum indignæ fortunæ.* 48. *fauentis fortunæ in bello.* 51.

Theodoſii Imp. felicitas. ibid.

Theſauros recondere in terram 25. *quantum malum.* ibid.

Timor Domini vera ſapientia. 77 *conſiderat fata noſtra.* 92

Tobias triumphans. 68

Trifolium Dei chariſſimum. 66

Trinitatis myſterium apud vetuſtos. 92

Triumphi proceſſus & applicatio ad Chriſtum. 70

Turciſmus & eius dogmata impiiſſima. 59. 88

Tyrannis. 55. &

Tyrannorum mores atque exitus. ibid.

V.

VAna iactantia. vide Iactantia.

Vana fiducia. vide Fiducia.

Vana perſuaſio impedimentum veritatis. 90

Vana ſuperbia in diuitiis. 3

Venationes & earum conſideratio. 44

Veneris retia vitanda. 36. *eiuſque fomenta. ibid. ex Cerere & Baccho.* 42

Venti. 1.

Verbum

Verbum Dei quid & quale. 1.
Veri Imp. venationes. 44
Veritas, eiuſque definit. diſtinct. vtilitas. 72.
Veritate orare quid. 75. pulcritudo veritatis. ibid. tantum vna eſt. 88. clara & explicata eſt. 90. impedimenta, quo minus agnoſcatur. ibid.
Veſtitus. vide Amictus.
Vetuſtatis vanus prætextus. 70
Viæ duæ ad gloriam & honorem. 46
Victoria datur à Deo. 51. in lubrico poſita eſt. 19
Vincula Fidei, Spei, Charitatis. 89
Virgines Antiochenæ piæ. 55. Mileſiæ impiæ. ibid.
Virtutis trames. 27. ei fortuna cedit. 53 ei debentur præmia. 96. aliâs exſpirat. ibid.
Virtus improbiſſime & flagitioſe premitur. ibid.
Vitell. Imp. 76
Vita æterna donum Dei. 85
Vita noſtra nauigio ſimilis. 36
Vita æterna Mahometiſtarum. 59
Vmbo diuinæ prouidentiæ. 64
Voluptas. 2. & 27. ſummum bonum lucratur. 59. in genere fugienda. ibid.
Vomere per nimiam ingurgitationem, ebrietatemq́;. 43
Vſura. 2.
Vxor Lothi. 74

X.

XErxis ægritudo animi potius amiſſ. pugn. 5

Y.

Y Litera quid myſtice ſignificet. 27

Z.

ZEnolia exemplum Fortitudinis & pudicitiæ. 94
Zoilus inuidus. 80

FINIS.

241545

Lisa & Leonard Baskin

SPECIAL 87-B
12078

THE GETTY CENTER
LIBRARY